Sollemnitatẽ non interueniſſe non probat ſola actorũ inſpectio, quãdo talis eſt ſollẽnitas, quæ potuit ante, vel poſt actũ fuiſſe adhibita, dec. 334. nu. 20. 32
Sollemnitates illas adhiberi in teſtamẽtis ſufficit quæ requiruntur à ſtatuto loci vbi actus ordinatur, d. 329. nu. 26. 14
Soluens ſcienter indebitum videtur donare, dec. 328. nume. 1. 6
Soluens in dubio cenſetur velle extinguere debitum grauius, d. 328. nu. 5. 7
Soluere quis præſumitur in cauſam vtiliorem, d. 328. num. 9. 7
Solutio præſumitur facta ex titulo præambulo, d. 342 num. 13. 57
Solutio particularis plura affert incommoda, nec tenetur creditor eam recipere, deciſio. 345. nu. 4. p. 75 & num. 9. ead.
Solutio ſemper intelligitur facta in certum debitum, in quo nulla eſt controuerſia, d. 328. 7. 7

Solu-

Solutionem particularem recipiens creditor, ſibi præiudicat, d. 345. nu. 5. 75
Solutionem particularem recipiens creditor ſponte ſibi præiudicat, ſecus ſi coactè, ead. d. nu. 12. 75
Specialia duo circa eandem rem concurrere non poſſunt, d. 339. nu. 13. 49
Statutum vbi expreſsè diſponit ligat ſubditum extra territorium facientem actum d. 329. 1. 10
Statutum quod in teſtamētis adhibeantur teſtes de iuriſdictione ſtatuentium, eſt fauorabile, dec. 329. n. 3. 10
Statutum loquens in caſu ſimplici, non verificatur in mixto, d. 329. nu. 13. 12
Statutū Mantuanū de teſtamētis conficiendis nō ligat habitantē extra territoriū, dec. 329. nu. 21. 13
Statutum Mantuanum prohibens legatum annuum relinqui foreuſi, non includit vxorem ciuis Mantuani, d. 330. nu. 18. 17
Statutum diſponēs de caſu vero, locum habet in ficto qui æquiparatur vero d. 330. nu. 23. 18
Statutum mandans inſtrumentū executioni mitti contra debitorem in eo deſcriptum, habet locum etiā contra hæredem debitoris, d. 338. nu. 4. 46
Statutum puniens vnum pro delicto alterius, eſt odioſum, d. 340. nu. 1. 51
Statutum interpretari debet vt minus lædat ius commune quàm fieri poſsit, nu. 2. ibid.
Statutum, quod Villa teneatur emendare damnum datum ex incendio, vel aliter, dicitur fauorabile, dec. 340. num. 4. 51
Statutum de lucro dotis, non habet locum in bonis feudalibus, d. 344. nu. 43. 73
Limita, vt nu. 44. ead.
Statuti finalis intentio colligitur ex proœmio, d. 323. num. 4. 10
Statuto quod fieri poteſt, idem etiam conſuetudine, d. 334. num. 12. 31
Statuta intelligi debent in ſenſu vero non in ficto, dec. 330. num. 8. 15
Statuta quæ ligant virum, includunt etiam vxorem, quamuis forenſem. d 330. nu. 17. 17
Stylus, & practica plurimum poſſunt ad interpretationem ſtatutorum, d. 327 nu. 19. 4
Stylus Senatus facit legem, & eſt ſeruandus, d. 335. num. 12. 34
Subdito delinquenti extra territorium, poteſt imponi pœna per ſtatutum, d. 329. nu. 2. 10
Subrogatus qui eſt diuerſa qualitatis, non aſſumit naturam eius qui ſubrogatur reſpectu illius qualitatis, d. 346. nu. 27. 83
Subſtitutio operatur quod poſsit ſubſtitutus capere poſſeſsionem bonorum in quibus eſt ſubſtitutus, deciſ. 333. num. 3. 24
Subſtitutio vbi habet locum in perſona primi, ceſſat in perſona ſecundi, d. 343. nu 32. 65
Succedere volēs defuncto probare debet bona quæ petit fuiſſe defuncti mortis tempore, vel ab eo poſſeſſa, d. 339. nu. 1. 48
Succeſsiuo ordine vbi plures vocantur, intelligitur nedum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam ſubſtitutionem, d. 346. nu. 6. 78
Suppoſitum ſemper debet interuenire, deciſio. 331. num. 12. 21

T

Temporis breuitas arguit non fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem d. 334. 3. 29
Tertius ſemper impedit executionē ſnīæ, quando actū eſt actione perſonali, deciſ. 335. num. 6. pag. 34
Tertij ius non excluſiuum ipſo iure, iuris agentis non poteſt deduci in iudicio, d. 343. nu. 21. 64
Teſtamentum vno in loco ritè, & ſollemniter factum vbique ſeruandum eſt, d. 329. 25. 13
Teſtium, & inſtrumentorum par eſt virtus, dec. 331 num. 2. 19.
Tranſitus eſt facilior in habentibus ſimboleitatem, d. 328. num. 21. 8
Trebellianica detrahitur aduerſus fideicommiſſarios vniuerſales, quibus fit bonorum reſtitutio ære alieno minimè deducto, ſed cū onere ſatisfaciendi creditoribus, d. 333. nu. 6. 24
Trebellianica, quando ex aliquibus bonis detrahenda venit, tunc fideicommiſſarius poſsidens tenetur bona prædicta reſtituere, donec fiat deductio, d. 333. nume. 4. 24

V

Vaſallus in inueſtitura comprehenſus, non dicitur nouus vaſallus, ſed antiquus, deciſ. 343. nume. 13. 61
Venditio ſecuta traditionem non reſoluitur, licet pretium non ſoluatur, d. 344. nu. 17. 71
Venditio prima ſi ſit nulla, poteſt impunè res alteri vendi, d. 344. nu. 42. 73
Venditor veniens ad iudicium emptorem defenſurus, auditur in eo ſtatu in quo cauſa reperitur, d. 335. num. 22. 36
Venditor pōt alij rem vendere citra ſuſpicionē falſi, qn̄ primus emptor nō ſoluit pretiū, d. 344. n. 16 71
Venditor poteſt in actu venditionis rei ſuæ apponere legem, quam vult, d. 344 nu. 26. 72
Venditori regulariter nō eſt obligata res vendita pro ſolutione pretij, d 344 nu. 33. 73
Verbum futuri temporis importat ſententiam ferendam, d. 327. nu. 15. 4
Verbum futuri temporis ēt ſi ad iudicem dirigatur importat non latam, ſed ferendam ſnīam, nu. 16. ibid.

V r

Verbum, inſtituo, eſt neutrum directum, deciſio. 333 nume. 12. 16
Verba debent intelligi eo reſpectu quo prolata ſunt, d. 328. nu. 25. 9
Verba ſtatutorum debent ſtrictè, & propriè intelligi, d. 329 nu. 10. 11
Verba enunciatiua Principis diſponũt, deciſ. 331. nume. 22. 24
Verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiã, d. 340. nu. 6. 52
Veriſimile quod non eſt, habet falſitatis imaginem, num. 336. nu. 9. 39
Vidua dicitur eſſe in primo matrimonio, deciſio. 330. num. 27. 18
Vidua retinet forum originis mariti non minus quàm ſi eſſet adhuc in matrimonio, nu. 28. ibi.
Vidua retinet priuilegia viri etiamſi ad locum trãſierit, ſi tamen id fecit expulſa, & aliundè nõ habens vnde viuat. nu. 29. p. ſeq.
Vidua quæ fecit quicquid potuit, vt dotem exigeret, poteſt conſequi intereſſe dotis non ſoluta, dec. 345. num. 17. 76
Villa tenetur cuſtodire ſuum territorium, deciſ. 340. num. 3. 51
Villa propinquior illa dicitur quoad emendationem damni, quæ eſt magis obnoxia ſuccurrere, vel aliter prouidere, ne damnum inferatur, Deciſ. 340. num. 6. 52
Vir & vxor reputantur eadem perſona, Deciſ. 330. num. 20. 17
Vniuerſitas de iure communi tenetur pro damno dato in ſuo territorio, deciſ. 340. nu. 5. 52
Velle non dicitur qui nolle non poteſt, deciſ. 345. num. 13. 76
Voluntas teſtatoris vt lex eſt ſeruanda, deciſ. 346. num. 25. 82
Voluntatem ſuam cenſetur quilibet accommodare ſecundum leges. Deciſ. 328. nu. 18. 8
Vſura dicitur acceſſorium ſortis, deciſ. 328. n. 19. 8
Vſuram ante moram conſequi põt qui coactè mutuat deciſ. 345. nu. 16. 76
Vſuræ indebitè ſolutæ imputantur in ſortem pro qua fuerunt ſoluta, Deciſ. 328. n. 14. 8
Vſuræ extenuant ſortem, deciſ. 328. nu. 17. 8
Vſuræ ſine mora non currunt, deciſ. 341. nu. 7. 53
Vſuræ damni iam paſſi reſtauratoria ſunt licitæ, & peti poſſunt etiam de iure Pontificio, deciſ. 345. nu. 10. 75
Vſuras indebitas fœneratori ſoluens poteſt illas repetere etiamſi titulo donationis remiſerit, quia præſumitur ideo remiſiſſe, vt in exigendo gratioſiorem haberet creditorem, deciſ. 328. nu. 4. 6
Vſuras promittere, & conuenire quod fructus non imputentur in ſortem, paria ſunt, deciſ. 328. n. 16. 8
Vſuras dotales conſequitur vidua quæ fecit quicquid potuit vt dotem exigeret, deciſ. 345. nu. 17. 76
Vulgaris ſubſtitutio fieri poteſt in legatis, & fideicõmiſſis, deciſ. 346. nu. 19. 81
Vulgaris ſubſtitutio expirat primo acceptãti relictũ, deciſ. 346. nu. 10. 78
Vulgaris ſubſtitutio includit omnem caſum impotentiæ, ead. deciſ. 346. num. 31. 83
Vulgari ſubſtituto non datur annus qui dari ſolet filio cui fuit ſubſtitutus deciſ. 346. nu. 28. 83
Vxor conuenitur in foro mariti non in loco propriæ originis, Deciſ. 330. nu. 6. 15
Vxor litigans cum viro ſe defendendo gaudet domicilio mariti Deciſ. 330. nu. 12. 16
Vxor efficitur eiuſdem ciuitatis cuius eſt vir, deciſ. 330. nu. 14. 16
Vxor reputatur eiuſdem ciuitatis cuius eſt vir ſuus, deciſ. 330. nu. 16. 16
Vxor dicitur propriè, & verè ciuis originaria loci mariti, deciſ. 330. nu. 22. 17

FINIS.

DECISIONES SACRI MANTVANI SENATVS

A IOAN. PETRO SVRDO CASALENSI IVRISC. ET IN EODEM AVDITORIO SENATORE COLLECTÆ.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *APpellans tenetur demonſtrare ſenten tiæ iniquitatem.*

2 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum.*

3 *Appellatus tenetur probare quòd ſententia pro ſe lata, ſit iuſta.*

4 *Appellans tenetur tria probare ad fundandum iuriſdictionem Iudicis appellationis.*

5 *Appellans ſi ſuam non proſequatur appellationem, & appellatus vult eam proſequi, & obtinere confirmationem ſententiæ, neceſſe habet fidem facere de appellatione, & producere omnia acta.*

6 *Denunciare maleſactorem vbi villa intra certũ tempus tenetur, ſi deficiat, excuſatur ſi ab alio fuit præuenta.*

7 *Maritus, qui non adhibuit medicum vxori ægrotanti, non perdit lucrum dotis; ſi ab affinibus illius fuit præuentus in adhibendo medicum.*

8 *Appellatus poteſt vti appellatione interpoſita ab aduerſario ſuo.*

9 *Aduerſarius poteſt vti iuribus productis ab altera parte.*

10 *Productio iurium vnius partis cũ proteſtatione, ſeu clauſula in partib. tantum fauorabilibus prodeſt alteri, quæ pariter proteſtata eſt ſe velle vti illis iuribus in partibus ſibi vtilibus.*

11 *Proteſtatio nihil operatur quantum ad effectum tollendæ probationis, vbi quis producit inſtrumentum in partibus tantum ſibi fauorabilibus.*

12 *Actis ab vna parte productis in partibus fauorabilibus poteſt Iudex inhærere, etiam quatenus faciunt contra producentem.*

13 *Modus non curatur, ſi idem ſequatur effectus.*

14 *Productio fieri poteſt poſt terminum, quando partis ius non eſt factum deterius.*

15 *Verbum futuri temporis importat ſententiam ferendam.*

16 *Verbum futuri temporis etiamſi ad Iudicem dirigatur, importat non latam, ſed ferendam ſententiam.*

17 *Iudex non debet officium ſuum impartiri parti non petenti.*

18 *Officium ſuum nõ debet Iudex parti non petenti impartiri, etiamſi verba dirigantur ad Iudicẽ, veluti quòd cauſam expediat, vel tale quid faciat intra certum tempus ſub pœna.*

19 *Stylus, & practica plurimum poſſunt ad interpretationem Statutorum.*

20 *Doctoris opinio non eſt curanda, qui aliquid perfunctoriè, & ſine diſputatione affirmat.*

21 *Mandatum opponẽdi contra teſtes ſufficit, quòd procurator alleget tẽpore oppoſitionis, & licet illud nõ produxerit, ſi tamẽ poſtea illud ꝓducat*

22 *Inſtrumenti exemplum ſi fuit productum in tempore præfixo potest poſt terminum produci originale, & habebitur ac ſi productum eſſet durante termino.*

23 *Inſtrumenta, vel iura verbaliter producere in termino an ſufficiat ſi poſt terminum realiter producantur.*

ARGVMENTVM.

Appellatus non tenetur iuſtificare ſententiam, quãdo appellans produxit acta primi iudicij, & eum præuenit.

DECISIO CCCXXVII.

COMMVNI iure inſpecto controuertunt Doctores interpoſita appellatione cui incumbat probandi onus; multi enim tenent appellantem teneri demonſtrare, ſententiæ iniquitatem, quia hoc eſt fundamen-
1 tum ſuæ intentionis † l. ei qui dicit, ff. de prob. & videtur de hoc eſſe textum in l. hi qui, C. de appella. & quamuis non ſit neceſſe dicere cãm in appellatione, debet tñ exprimi in eius proſecutione, l. ſi. ff. an p ali. cauſ. app. & l. ſi. C. de app. & quia præſumitur pro ſñia, l. 1. ff. de offi. præſ. vt glo. in l. non videtur data, §. 1. ff. de reg. iur. alij aũt dicunt eum, qui vicit probare debere ſe iuſtitiã fouere, quia appellatione pendente oĩa ſunt in eo ſtatu, ac ſi non eſſet lata ſententia, iõ qui vult obtinere, debet ẽt probare, vt de actore eſt tex. in l. qui accuſare, C. de æden. & nihil
2 eſt innouandũ donec appellatio pendet, † l. appellatione, C. de appella. & quòd actor teneatur probare, videtur textus expreſſus, in §. illud, in auth. de his, qui ingred. ad app. Communis tñ eſt diſtinctio, ꝙ appellans tenetur probare ſic latam eſſe ſñiam, & ſic fuiſſe iudicatum, & conſequenter ſe fuiſſe grauatũ: nam ex hoc ſolo fundatur, & appellatio, & Iudicis iuriſdictio appellatus aũt probare debet, ꝙ, ſñia pro ſe dicta ſit
3 iuſta, † ita voluit Petr. in d. l. hi qui ad ciuilia, & Iac. de Rau. in l. per hanc, C. de temp. appellat. & ibi Cin. num. 5. eam diſtinctionem ſequitur idem Cin. in d. l. hi qui, verſus finem, vbi dicit, ꝙ appellatus probat iuſtitiam ſententiæ, non dando nouas probationes ſi non vult, ſed producendo acta iam geſta, Bal. nu. 3. dicit, ꝙ qui eſt originaliter actor in cauſa principali remanet actor in cauſa appellationis, nec per appellationem aliquid circa hoc eſt immutatum, & ſicuti reus ſuam probat exceptionem, ita actor ſuam intentionem, & dicunt oẽs Doctores. ꝙ appellans tria tenetur probare ad fundandum iuriſdictionem Iudicis appellationis, primum ſe appellaſſe, ſecundò appellaſſe ex cauſa legitima,
4 tertium intra tẽpora appellaſſe, † vt probatur in c. Romana, §. ſi verò, de appellatio. in 6. Doctores in c. cùm in eccleſia, vbi Dec. nu. 2. de appellat. poſt Frãch. ibi reaſſumit Crau. ad Veſtri. in praxi, lib. 7. c. 3. nu. 74. in fin. Firmian in ſuo Reper. in ver. appellans temerè, ver. 6. vbi addit quartum, ꝙ ſcilicet ſit in tempore proſecutus, & vt de prædictis conſtet, debet appellans producere, ſñiam contra ſe latam, ſm̃ Cyn. in d. l. per hanc, vbi Bal. etſi eam non poſſit habere, duo dantur remedia, primũ, ꝙ cógat appellatũ eam producere; ſecundum, ꝙ faciat poſitiones: ſicuti lata fuit ſñia tali modo, &c. vt declarat Innoc. in cap. G. perpetuus, de fide inſtrumẽtorũ, vbi Abbas tangit, ſequitur per oĩa Papien. in forma appel. à ſenten. diffinit. d. ver. prudens, & in fin. Dec. d. c. cum in eccleſia. Bald. in d. l. hi qui ad ciuilia, nu. 5. ſed vbi appellans ſuam non proſequitur appellationẽ, & appellatus vult eã proſequi, & obtinere confirmationẽ ſñiæ, neceſſe habet fidem facere de appellatione, & pro-
5 ducere acta oĩa, † quia aliàs iudicium non fundatur. ita dicunt Iac. Butr. & Iacob. de Are. quos citat, & ſeq. Bald. in d. l. hi qui ad ciuilia, nu. 4. non põt tñ ſtatim ipſe proſequi, & præcurrere, ſed expectare debet appellantis negligentiã, vt dicitur in Auth. ei qui appellat, C. de temp. appel. & in c. oblatæ, de appel. dicitur aũt negligere appellans, qñ differt vſque ad finem anni, & tunc appellatus põt in vltimo menſe proſequi, vt per Doctores in dicta Auth. præcipuè Bart. & Ang. Cardin. Abb. & Franch. in d. c. oblatæ, vbi latè Decius, nu. 6. ver. in gl. in ver. pars appellata, vbi dicit, ꝙ reſpectu impetrationis commiſſionis appellatus, qui vltimo menſe agit, non dicitur nimium præcurrere, & tranſeunt in hoc oẽs Doctores, vt apparet ex locis prædictis.

Ad tollendas autẽ omnes iſtas dubitationes, ſtatuto Mantuano præfiguntur quindecim dies vtriq; parti ad iuſtificandum, probandũ, & impugnandũ: idque, ne cauſæ appellationis in longum protrahãtur, vt in ſimili dicit Alex. in cóſ. 19. nu. 8. vol. 1. contigit autem ꝙ Margarita Serenella, obtenta ſñia à Dom. Prætore Mantuæ ſuper alimentis filiæ, nõ produxit acta geſta coram Prætore, atq; ita ſuam cãm non iuſtificauit, vnde Federicus Rizzardellus, qui fuerat cõdẽnat⁹, & appellauerat, ſñiamque, & appellationẽ cũ omnib. actis produxerat, petebat appellatio-

nis

nis cām pronunciari non iuſtificatam,& conſe-
quenter deſertam,ſed Senatus declarauit appel
lationem non eſſe deſertam,ſed iuſtificatam ex
quo acta fuerant ab appellante producta inte-
gra,quia appellans fecit id, quod appellatus fa-
cere debebat,pro quo ego adducebam deciſio-
nem Bart.in l.1.§. eleganter,ff.de lib.agnoſcen.
vbi dicit,ꝙ ſi villa,quæ intra certum tempus te-
nebatur denunciare malefactorē, defecit,excu-
ſatur, ſi fuit ab alio præuenta, puta ab eo, qui
6 damnum paſſus eſt.† idem voluit Bart.in l. di-
uus,l.vlt.col.pen.verſi. quid ſi talis denũciator,
ff.de cuſtod.&exhib.reo.& eum ſequitur Albe.
in ſecunda pat.ſtatuto.quæſt.62. Angel. in tra-
cta.maleficior.in ver. necnon ad denunciandũ,
verſ.quid ſi fuit ſyndicus Alex. in conſ.123.nu.
4. volum. ſexto, vbi infert, quòd maritus, qui
non adhibuit medicum vxori ægrotanti, non
perdit lucrum dotis,ſi ab affinib.illius fuit præ-
7 uentus in adhibendo medicum, † & cum præ-
dictis tranſit Roland. in tractat.de lucro dotis,
quæſt.67. per totam, vbi infert ad alias deciſio-
nes,ſic agitur cum appellatus in productione a-
ctorum præuentus fuerit ab ipſo appellante,ex-
cuſandus eſt ſi in tempore illa non produxit.

Præterea appellatus poteſt vti appellatione
8 interpoſita ab aduerſario ſuo,† l.fin.in princi-
pio, C. de appellat. & ideo pōt etiamſi non ap-
pellauerit oſtendere ſe grauatum à primo Iudi-
ce, & petere, ꝙ reformetur ſententia, ac ſi ipſe
quoq; appellaſſet,vt voluit Bartholom. Brixiē.
in q.63.incipien.petebat.quem citat,& ſequitur
Archidiac.in c.ſunt quorum,in ver.quādoque,
ſecunda quæſt. ſexta, & idem voluit Specul. in
tit. de appellat.§.1.nu.13.& ita fuit ab eodem
hoc Senatu deciſum, vt patet deciſio.143. per
totā, vbi allegaui multas authoritates pro con-
firmatione huius opinionis,ꝙ ſi poteſt adhære-
re appellationi per aduerſarium interpoſitæ.po
terit ēt ſe iuuare productione actorum ab eodē
facta, quia plus eſt vti appellatione introducta
ab alio, quàm ſe fundare ſuper iuribus produ-
ctis ab eodem,ex quo regulariter appellatio nō
deuoluit niſi articulum à quo fuit appellatũ, in
reliquis verò,ſnia tranſit in iudicatũ, & produ-
cit ſuum effectũ, ac ſi non fuiſſet appellatum.

Tertio certum eſt, quòd aduerſarius poteſt
9 vti iuribus productis ab altera parte † ſecundũ
gl.in l.1.§.editiones ff.de eden. & eam ſequun-
tur Doctores oēs ibi.præcipuè Iaſ.nu.12.dicens
eam ſignandam,& valdè notandam, & ei nemo
contradicit.quinimò Salic.ibi vult, eam proce-
dere etiam ſi productio facta ſit in partibus tan
tum fauorabilibus, & nō aliter, quia nihilomi-
nus cogitur ſtare ēt in partibus contrafacienti-
bus,& idē voluerũt Bal. & Alex.in l.vnica,C.vt
quæ deſ.aduo.part. quæ ſnia, etſi nōn tranſeat,
ſine ſcrupulo tñ eſt veriſſima,qñ altera pars pro
teſtatur ſe quoque velle inſtrumento producto
vti in partibus ſibi vtilibus,quia tunc non obſtā
te aduerſaria proteſtatione, ꝓductio vnius par-
10 tis proderit alteri † ita voluit Alber.in d.§. edi
tiones,vbi eum ſequitur Iaſ.nu.18.vbi ait gl.ibi
eſſe ad hoc mirabilem,& ſingularē,ſed ante eos
hoc ēt voluit Iacob.Butr.in l.nimis graue,C.de
teſtibus,quē citat, & ſequitur Papienſ.in forma
producti inſtrum.in ver.in illis paſſibus,vbi in-
fert bonũ ideo eſſe, qđ vtraque pars ſit produ-
ctioni præſens,qa poterit inhęrere productioni
prædictæ.Butr.in cap.cum olim, col.fin.ver.no-
ta,qđ ex hoc ſumitur,de cenſibus.Dec.in l.fi.nu.
25.& ſequen.C. de eden. Felin. in cap.cum ve-
nerabilis,col.4.in fine verſi.limita ſecundo, de
exceptio. & ibi Decius,col.2. & ratio eſt, quia
poſt productionem Inſtrumenta facta ſunt com
munia,d.§ editiones Innoc. & alij in d.c.cũ ve-
nerabilis, & proteſtatio alterius partis, nihil o-
peratur quantum ad effectum tollendæ proba-
11 tionis † ſecundum Bald. in l.ſi aduerſarius ver.
ego dico,C.de fide inſtrumen.nam quod inſtru
mentum probat, vel non probat, hoc pendet à
iure, non à voluntate partium: confeſſio aũt in
his,quæ non dependent à voluntate confitentis
nihil iuuat, vt l.cōfeſſionibus,C. de interrogat.
action.& procedit certius hæc ſnia in actis iudi
cij,quia cogitur pars illis vti pro ſe,& cōtra ſe,
nec releuatur ab eiuſmodi proteſtatione, cũ.n.
communia ſint, & ad propalandum tendant ge
ſtorum veritatem, eis pro vtraque, & contra
vtranque partem ſtandum eſt l.2.C. de eden.ita
reſoluit limitando contrariam ſniam Fel. in d.
c. cum venerabilis,col.5. ver.quintus caſus eſt,
vbi allegat Bald. in loco inferius citando.

Quarto quamcũque fidem faciāt acta reſpe-
ctu ipſarũ partium,hoc eſt in confeſſo, quod &
ſi acta producātur ab vna partiũ,cũ proteſtatio
ne,Iudex tñ pōt eis inhærere etiam quatenus fa
12 ciunt contra producentē,† vt inquit Bal.in d.l.
1.nu.5.ver. ex hoc pono,C. vt q deſ. aduo. par.
allegat gl.in d.§. aditiones,& Innoc.In d.c.cum
olim,de cenſib. quia ſat eſt,quòd ex actis cōſtat
ei vt Iudici. ſequitur Dec. in d.l.fi.nu.25. C. de
eden. vbi allegādo alio in loco Baldũ, dicit idē
eſſe in inſtrumentis,quod in actis.Natta in con
ſi.365.num.4.in propoſito autem nos ſumus in
actis iudicij ab vna parte productis,ideo nega-
ri non pōt,quin appellatio ſit bene iuſtificata,q̃
uis appellatus nō ea produxerit, ſed appellans.

Quintò conſiderabam, quòd ille terminus ad iuſtificandum non eſt ſimpliciter ſtatutus appellato, ſed vtrique parti, ita enim ſtatutum loquitur, propterea ſat eſt, quòd altera partium iuſtificauerit, licet non id fecerit appellatus.

Sexto Statutum conſiderauit effectum iuſtificationis, non modũ: eo namque tendit ne vna partium poſſet alterã longis cauillationibus fruſtrari, non ergo curandum eſt de modo, ſi idem
13 effectus ſequatur, † l.fin.ff.manda, l. Gallus, §. ſi eius, in fine, ff.de liberis, & poſth. l.mulier, la prima, in princ.ff.ad Treb.l.3.C. de inſtit.& ſubſtit.

Septimo quamuis tempus productioni præfixum lapſum ſit, tñ non per hoc factum eſt deterius partis ius per omiſſam actorum productionem, iõ poſt terminum ẽt nunc fieri põt, vt poſt Iacob.de Aret.dicit Cyn.in l.iudices, C. de iudi. vbi vult. ꝙ poſt terminũ fieri poſſit productio,
14 qñ partis ius non eſt factum deterius. † idem voluit Angel.in l.peremptorias, nu.3.C.de fructib.& litis expenſ.Imola in c. licet cauſam nu. 71.de probationibus. Cardin.in Clemen. ſæpè, in verſic.& quia quæſt.15.nu.16. de verbor. ſignificat.Caſtren.in l. admonendi, nu.28.ff.de iureiuran. nec de hoc appellans conqueri poteſt, cum iura ſua adhuc ſalua ſint, & illæſa.

Octauo dicebat ex quo terminus ille quindecim dierum ad iuſtificandum, & impugnandum erat à Iudice ſtatuendus, nec currit ipſo iure, vti iur.n.ſtatutum verbo ſtatuatur, qđ cum ſit futuri temporis importat non latam, ſed ferendam
15 ſententiam, † vt voluit gl. Bart.Bald.& alij, in l. iubemus nulli, §.œconomus, C. de ſacroſanct. eccleſ.in l.1.vbi Aretin.C.ne lice.potent. gl. in l.in criminali, vbi Bar. Bald.Ang.Salic.Caſtren. & alij, C. de iuriſd.omnium iudic. gl. in c. quia propter, in verſic. priuentur, & ibi Abb.de electio. infinitas authoritates ad hoc citat Tiraq. in l.ſi vnquam, in ver.reuertatur, nu.39.C.de reuocan. donatio. vbi nu. 41. aduertit neminem excepto Barbat. auſum fuiſſe affirmare contrarium, quem ideo leuitatis, inconſtantiæ, & con-
16 trarietatis notat, & hoc procedit† etiamſi verbum futuri tẽporis dirigatur ad Iudicem, quia etſi Bart.in l. extat, col.fi.ff. quod met. cauſ. Ricard.Malumbr.Ioan. Andr. & Butrig. hoc caſu voluerint, quod latam ſententiam ſignificet, tñ
16 verius eſt, quod ferendam importat, † vt voluerunt Bal.& Salic.in l.2.C.de iure emphyt.Abb. in c.clericis, extra ne cleri.vel monac.Iacob. de Aret.Cyn.Bar.Bald.& alij, in l.properandum, in princip.C. de iudic.cum alijs apud Tiraquel.in loco præcitato, num. 39. ita quòd ſiue ad Iudicem, ſiue ad partem referatur, ſemper ferẽdam, non latam importat ſententiam, & cum ſtatutum dicat quod parti præfigatur, vel ſtatuatur terminus, non poteſt ille currere ante quam ſit præfixus, & ſtatutus.

Præterea & nono, non eſt imputandum Iudici, ꝙ terminum non ſtatuerit, ex quo pars non petijt ſtatui, & Iudex non debet parti nõ peten-
17 ti ſuum officium impartiri, † l.de pupillo, §.qui opus, ff.de oper.noui nuncia.l. peto, §. fratre, ff. de leg.2.vbi Caſtr. infert ad appellantẽ, qui tenetur ſatiſdare, & multis deciſionibus confirmatur, quas poſui in deciſ.57.nu.1. & ſequent. & vendicat ſibi locum regula etiam qñ verba diriguntur ad Iudicem, vt quia, & aliquid committatur Butr.& Abb.in c. venerabilis, de iudi vbi loquitur, qñ mandat Iudici, ꝙ cauſam expediat, vel tale quid faciat intra certum tempus
18 ſub pœna. † Caſtren. & Alexan. poſt alios, in l. properandum, in princ.C. de iudic.ſic qñ dicit Iudex cauſam appellationis committat, vt per Ange. conſ.140.Alex.conſ.19.vol.1.& exornat Ripa in l.quarta, §.hoc aũt iudicium, nu.6.& ſequent.ff.de damn.infect.in facto aũt verbum illud ſtatuatur non põt reſpicere partem, ſed Iudicem, ergo partem ipſam non afficit, niſi præcedat actus Iudicis in executionem Statuti, & non dicitur pars in mora anteq̃. Iudex tempus ſtatuerit, cum non debeat ipſa præcurrere, & iudicem præuenire; dicebant tñ alij ex dominis, ꝙ contrarium fuit ſemper ſeruatũ, quia dies quindecim currunt ẽt Iudice nihil declarante, vel ſtatuente, & quòd ſæpiſſimè declarata fuit appellatio pro non iuſtificata, quando intra quindecim dies appellatus nõ produxit acta: ſtylus autem ſemper ſeruandus eſt ſtylus enim & practica plurimum poſſunt ad interpretationẽ Sta-
19 tutorum, † vt inquit Guid.Papa deciſ.30.nu.2. vbi, quod ſtylus eſt legitimus Statutorum interpres, Alex.in conſ.36.nu.9.vol.2.Crauet.in conſil.201.n.19.vol.2. latè Aſin. in ſua praxi, §.22. c.16.in 3. limit.& ſecundum talem ſtylum duo hæc poſteriora fundamenta non ſtringerent, ſed ego dicebam vti ſæpè alias, quòd multa tranſeunt vbi nemo opponit, quæ non tranſirent ſi fuiſſet oppoſitum, & poſt partis oppoſitionem examinatum negotium, per quam rationem ſæpè ſpreuit Senatus Sententias in ſimilibus cauſis latas, id enim ſolum eſt attendendũ, quòd negotio prius diſcuſſo Senatus ſtatuit, nõ quòd ſine contradictione, & examine aliquando factum eſt, ſicuti dicimus non eſſe curandũ de opinione Doctoris aliquid perfunctoriè, &
20 ſine diſputatione affirmantis † Pariſ. in conſil. 91.nume.49.vol.3. Soci. iunior in conſ. primo.

num.

num.143.volum.1.Alciat.de præſumpt. regula prima,præſump.51.nu.4. Cephal.in conſ.278. nu.10. Roland.in conſ.39. nu.34. & 44.vol.4. Cagnol.in l. nemo poteſt, nu.10. ff.de reg.iur. Menoch.in conſ.3.nu.30. & in conſ.51. nu.53. Beccius in conſ.20.in fin.& dixit Iaſ.in cōſ.151. col.3. verſ. dicitur etiam uol.4. curandum non eſſe de eo,quòd Doctores ſimpliciter, & in diſcurſu dicunt. idemque repetit Neuizan.Sylua nupt.lib.5.nu.29. hæc aūt regula circa Senatus deciſiones, vt dixi, ſæpiſſimè obſeruata fuit,qn̄ ex natura negotij, & qualitate facti cōperimus eis repugnare iura, & rationes, quod ſi in caſu aliquo dubio, in quo hinc inde urgēt rationes, & argumenta licet ſtrictoria, & validiora uideantur quæ pro una aliqua parte ſtabant, ſi in ſimili caſu cognitum fuit aliàs Senatum pro una opinione iudicaſſe,illam ſeruauimus,at ubi pro parte multæ,& validæ rationes ſtringūt, altera verò eſt iure,& ratione deſtitura,nō curauimus quòd contrarium Senatus aliquando ſtatuerit, exiſtimātes motū eo caſu fuiſſe ex particularibus rōnibus,q̄ præſenti facto minimè cōueniāt.

Et poſt omnia fuit oppoſitum, quòd productio actorum facta fuerit ab appellante, tamen debebat appellatus ratā habere,uel reproducere intra quindecim dies, ſed ad hoc reſpondebant Domini per ſupradicta. Et ulterius, quòd vbi productio facta eſt in tēpore, poteſt qn̄cunque rata haberi, & per ratihabitionē ſuppletur omnis defectus,per ea,quæ ponit Spec.in tit.de procur.§.1.uerſ.ſed quid ſi receptū erat,ubi dicit ſufficere, quòd tempore opponendi contra teſtes,procurator alleget mandatū,quia,etſi nō produxerit,poterit tamen poſtea illud produce
21 re.† ſequitur Alex.in conſ.78. num.8. & nu.9. verſ.aut quærimus de alio effectu,uol.5.ſed melius facit deciſio Bald.in c.1.in princ.de fide inſtrum.ubi ait, ꝙ ſi tēpore præfixo productū eſt exemplū,poterit poſt terminū produci originale,& habebitur,ac ſi productū eſſet durante ter
22 mino, † quia ꝙ venit ad confirmationē alterius,cenſetur cum eo factū eodem tēpore,& ſubdit eſſe notatu dignum, & appellat aureū dictū Iacob.in l.quicūq;, nu.3. ff.de fide inſtrum. vbi ait perpetuò notandū,& procedere etiam in termino peremptorio.ſequitur ēt Marſil.in ſingul. 113.alios citat Aſin.in praxi,§.22.c.7. per totū, & præter eum Felyn.Dec. Alciat.& alij, quos refert,& ſequitur Marcobrun.in conſ.32.nu.215. & ſeq.vbi infert ad aliam notabilē deciſionem. idem in ſimili voluit Geminia. in conſ.98. prima,& ſecunda col.ubi ait ſufficere, quòd in tēpore oſtendatur Iudici,ſi poſtea actualiter producatur inſtrumentum, & loquitur qn̄ ſtatuto præfigitur terminus ad producendum iura, uel probandū & cum eo tranſit Aſin. loco præallegato hoc ipsū,ſed per alia uoluit Caſtr.in cōſil. 247. col. 2. uerſ. itē probauit pars actoris uol. 1.ubi inquit,ꝙ ſufficit in termino ſtatuto uerbaliter producere inſtrumenta,uel iura,quia ſi poſtea realiter producantur, licet poſt terminum,
23 probabunt,† quæ opinio patitur tn̄ multas,difficultates,per ea,quæ ponit Aſin.d.§.22.cap.5. ubi latè agit demonſtrando, ꝙ cum Caſtrenſe conuenit Rota in deciſione, quæ à multis allegatur pro contraria parte. Per prædicta igitur probari uī ſatis ſufficienter,quòd productio facta ab appellante, prodeſt appellato, qui ideo poterit qn̄cunque adhærere.& hæc ſentētia amplectenda eo maximè uī, quia Senatus iudicat ſola facti ueritate inſpecta, nō attētis apicibus, & ſubtilitatibus, quando de ueritate apparet.

SVMMARIVM.

1 *Soluens ſcienter indebitum videtur donare.*

2 *Donare non cenſetur qui ſcienter ſoluit indebitum,quando ſumi poteſt alia coniectura.*

3 *Indebitum ſcienter ſoluere non dicitur,nec donare velle,qui ſoluit vſuras,ſciens nō deberi quando eas ſoluit, vt creditorem habeat benigniorem in exactione ſortis.*

4 *Vſuras indebitas fœneratori ſoluens poteſt illas repetere etiam ſi titulo donationis remiſerit, quia præſumitur ideo remiſiſſe,vt in exigendo gratioſiorem haberet creditorem.*

5 *Soluens in dubio cenſetur velle extinguere debitum grauius.*

6 *Debitum illud grauius,& durius reputatur, pro quo vſuræ ſoluuntur, aut debentur.*

7 *Solutio ſemper intelligitur facta in certum debitum in quo nulla eſt controuerſia.*

8 *Actum faciens præſumitur eo modo facere qui poteſt eſſe ſibi vtilior.*

9 *Soluere quis præſumitur in cauſam vtiliorem.*

10 *Debitore ſoluente non expreſſa cauſa pro qua ſoluis pōt creditor eligere,ſed in cauſa debet acceptare pro qua ipſe ſoluiſſet,ſi fuiſſet debitor.*

11 *Errans non conſentit.*

12 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

13 *Paria ſunt, factum non fuiſſe, vel non habuiſſe effectum.*

14 *Vſuræ indebitè ſolutæ imputantur in ſortem, pro qua fuerunt ſolutæ.*

15 *Fructus pignoris imputantur in ſortem,pro qua datum eſt pignus.*

15 *Vſuras promittere, & conuenire, quod fructus non imputentur in ſortem, paria ſunt.*
17 *Vſuræ extenuant ſortem.*
18 *Voluntatem ſuam cenſetur quilibet accommodare ſecundum leges.*
19 *Vſura dicitur acceßorium ſortis.*
20 *Acceſſorium aſſumit naturam principalis.*
21 *Tranſitus eſt facilior in habentibus ſimbolcitatẽ.*
22 *Iure quod non reperitur deciſum, non eſt nouis ſuperſtitionibus præſumendum.*
23 *Paria ſũt. aliquid fieri ſine lege, vel cõtra legẽ.*
24 *Correlatiuũ eſt duorũ pluriumve mutua relatio.*
25 *Verba debẽt ĩtelligi eo reſpectu quo prolata ſũt.*

ARGVMENTVM.

Debito ex cauſa vſuraria, & alia nõ vſuraria ſoluendo vſuras in cauſam nõ vſurariam, an extinguat debitum vſurarium, vel alterum.

DECISIO CCCXXVIII.

QVIDAM Toſabecius debitor Simonis Pecigatoni Hæbrei, duabus ex cauſis, vna vſuraria, altera non vſuraria, ſoluit longo tẽpore vſuras pro vtraque cauſa, & diſtinctè, ac præciſè in cauſam non vſurariam; detecto demum errore, & re in iudicio deducta, declaratum fuit teneri hæredes dicti Pecigatoni cõpenſare in ſortem quidquid vſurarum nomine exegerat pro debito nõ vſurario, nã & ſi ſoluẽs
1 ſcienter indebitum videatur donare, † l. 1. ff. de cond. in d. l. indebitum, & l. qui ſe debere, C. eo. tit. l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. l. cũ de indebito, in princip. ff. de probat. Menoch. de arbitr. iud. caſu 87. nu. 57. addo glo. in l. qui cum alio, in ver. poteſt, & elegãtiſſimè, ff. de reg. iur. Socin. conſ. 93. nu. 16. verſ. circa quartum, vol. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 554. num. 93. & nu. 106. tamen, quando ſumi poteſt in ſoluente ſcienter indebitum alia coniectura, quare voluerit ſoluere, quam ꝙ voluerit donare, tunc indebitè ſolutum repetitur, & non cenſetur dona
2 tũ, ita Bar. † in l. eleganter, §. qui reprobos, ff. de pignorat. actio. in l. ſi cum aurũ, ff. de ſol. Alex. in conſ. 214. in fin. vol. 3. Iaſ. in l. 1. nu. 12. verſ. 4. limita, ff. de cond. indeb. poſt Bald. ibi Dec. d. l. cuius per errorem, num. 3. Bello. in §. 1. nu. 10. Inſtit. quib. mod. re contrah. obligat. & ideo ſi qui ſciens vſuras nõ deberi, ſoluit eas, vt creditorem habeat benigniorem in exactione principalis, non dr̃ indebitum ſoluere ſcienter, nec do
3 nare velle, † vt probat glo. per text. ibi, in l. ſi non ſortem, §. ſi quis falſo, ff. de cõd. indeb. vbi Bar. dicit, ꝙ ita practicant Epiſcopi, & ibi Alex. in apoſt. dicit hoc modo limitari dicta in l. 1. ff. eod. tit. & dicit Ang. ꝙ ſolus timor vexationis inducit repetitionem, licet quis ſcienter ſoluat indebitũ, & ratio eſt in promptu, quia ceſſat donationis prǽſumptio ex quo fecit prętextu timoris, & dicit Caſtr. quòd non ſoluit animo donãdi, qui ideò ſoluit ne vexetur pro debito etiam putatiuo, idẽ voluit Alex. ibi nu. 1. Iaſ. nu. 2. eſt verum ꝙ Fulgo. nu. 4. dicit ſoluentem indebitè vſuras non eas repetere iure ciuili; licet aliud ſit qñ ſors erat indebita, ſed ſoluens putabat debitã, & cum eo concordat gl. in c. peruenit, de fideiuſſ. quæ vult, quòd ſoluens ſcienter indebitas vſuras, non repetat. ſed quamuis textus loquatur in ſorte indebita, quam tñ ſoluens credebat eſſe debitam, tamen gl. Bar. & alij ſupracitati, illum extendunt etiam qñ ſors erat debita, ſed ſoluit quis ne pro ea vexetur, vel ne exigatur, quia eo caſu non habuit animũ donãdi, ſed vt creditor ſibi ſit gratioſus. Natta conſ. 498. nu. 28. & Tiraq. de retractu conuent. in fin. nu. 150. & ideo Bald. in l. ab Anaſtaſio, C. mand. dicit, ꝙ qui ſoluit fœneratori vſuras indebitas poteſt illas repetere ẽt ſi titulo donationis remiſerit, quia præſumitur ideo remiſiſſe, vt in exi
4 gendo gratioſiorem habeat creditorem, † Caſt. in l. penult. nu. 7. ff. de cond. ob. turp. cauſ. vbi, ꝙ dum pecunia ſortis eſt penes me, nunquam videor vſuras ſpontè ſoluere, ſed ſemper ex neceſſitate ne cogar ſortẽ ſoluere; aliud autem eſt ſecundum eum, qñ iam ſortem reſtitui, & poſtea ſoluo vſuras, tunc enim videor ſponte ſoluere, quia nulla extat ratio, aut cauſa, quæ me impellat ad ſoluendum indebitum. Alex. in conſ. 80. nu. 12. & ſeq. vol. 3. vbi ſequitur Bart. & Bald. in locis præallegatis. Iaſ. d. l. ſi non ſaltem, §. ſi quis falſo, in fin. vbi dicit, ꝙ quælibet leuis præſumptio excludit illam, quòd voluerit donare, etiã ſi ſic interpretando actus redderetur inefficax. idem Iaſ. in l. 1. §. denique, nu. 13. ff. ad Trebell. Dec. in d. l. cuius per errorem, nu. 4. ff. de regul. iur. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 41. nu. 11. Crau. qui alios allegat in conſil. 470. num. 13. & 14. requiritur igitur ſpontanea ſolutio non metu, aut alia ratione extorta.

Sed quia vt dixi duo erant debita, ex quibus
5 vnum tantum erat vſurarium, quæſtio fuit an vſuræ indebitè ſolutæ pro debito non vſurario imputandæ ſint in debitũ vſurariũ, vel in illud pro quo vſuræ non debebantur, & ita an extinxerint

Digitized by Google

ſerint vſurarium, vel potius alterum debitum. Et dicebant aliqui ex dominis, ꝙ per eã ſolutionem extincta fuit ſors vſuraria: nam debitor ex pluribus cauſis ſoluendo in dubio cẽſetur vel-
5 le extinguere debitũ grauius, l. 1. & 2. † ff. de ſolut. l. 3. & 4. ff. eo. l. ſi ex pluribus, vbi Bar. l. quid ex fundo, ff. eod. tit. Pariſ. in conſ. 122. num. 9. & 10. vol. 4. Natta conſ. 187. nu. 1. & dicit Socin. in conſil. 225. nu. 2. vol. 1. ꝙ ſi ex duobus debitis alterum ſit aliqua ratione grauius, ſolutio in determinata cenſetur in illud facta, & quod in duriorẽ cauſam ſoluiſſe credatur, infinitis authoritatibus probat Menoch. in cõſ. 121. nu. 39. Decian. in conſ. 60. nu. 25. vol. 2. Gabriel. conſi. 75. nu. 10. vol. 2. debitum autem illud grauius, & durius reputatur, pro quo vſuræ ſoluuntur
6 aut debentur, † l. 1. C. de ſolutio. l. ſi vſuras, C. de vſur. Bar. in l. 1. num. 9. & ibi Doct. omnes, ff. de ſolut. Caualca. deciſio. 1. num. 27. Maſcard. de probatio. concluſio. 1319. num. 4.

Secundo, quia debitum in caſam vſurariũ eſt magis certũ, imo pro ipſo ſolo debebantur vſuræ, non pro alio, ideo ſolutio vſurarũ nomine facta debet imputari in eas vſuras, quæ verè, & certè debebãtur, quia ſemper intelligitur facta ſolutio in certum debitum, in quo nulla eſt con-
7 trouerſia, † vt probat l. 1. ff. de ſolut. l. ſi is cui, §. Flauius, & ibi not. Bar. ff. de ſolut. ſequitur Decian. in cõſ. 60. nu. 25. vol. 2. vbi infert, ꝙ ſocius debitor ex cauſa ſortis, & lucri, cenſetur prius ſoluiſſe in extinctionem ſortis tanq̃ debiti magis certi, & ponunt Doctores in d. l. 1. Menoch. in conſ. 121. num. 40. & de præſump. lib. 3. præſ. 136. nu. 12: cum igitur ſolum illud debitũ, eſſet vſurariũ ſolutio facta nomine vſurarũ non põt in aliud debitum verti, q̃ illud, quod erat vſurarium, etiã ſi tempore ſolutionis nihil ſit dictũ.

Tertio, quia ſolutio ſi cedat in cauſam vſurariã erit vtilior ſoluenti, qui ab vſuris liberabitur quas alioquin præſtare cogetur, & in dubio actũ faciens ꝑſumitur eo modo facere, qui põt
8 eſſe ſibi vtilior † Bar. in l. gerit, nu. 21. ff. de acquir. hæred. Tiraq. de retract. cõſang. §. 30. gl. 1. nu. 34. & ꝙ ſoluere præſumatur quis in cauſam
9 vtiliorẽ, † voluit Ale. ĩ cõſ. 55 col. 2. vol. 5. Crauet. in conſ. 106. nu. 9. Menoch. in dict. cõſ. 121. nu. 45. & in dicta præſump. 136. nu. 14. Decian. dicto conſ. 60. nu. 27. vbi dicit attendendũ eſſe non quod creditori, ſed ꝙ debitori vtilius eſt, quia eius voluntas etiam tacita attendi debet. addo quod actus declarari debet ex animo, & voluntate agentis, non autem alterius cuiuſuis.

Quarto videmus, quòd ſi debitor ſoluẽs nõ declaret, datur quidem creditori recipienti ea facultas, & electio declarandi quam in cauſam velit ſolutionem accipere, ſed non ideo poteſt, pro libito ſuæ voluntatis eligere, q̃ velit cauſã, ſed in eam ſcribere debet, pro qua ipſe ſoluiſſet, atque ita gerere debet negotium ſoluentis
10 vti gereret proprium, † vt clarè dr in l. 1. ff. de ſolut. vbi Bart. & alij omnes Doctores ponunt. Socin. iun. in conſ. 95. nu. 5. vol. 2. ubi intelligit, quando id, quod ſoluitur poteſt vtrique debito accommodari, ſecus qnando non conuenit vtrique, ſed vni tantũ, puta, cùm unũ debitũ eſt in pecunia, alterum in frumento, & præſtitũ ſit in frumento, ut in caſu Caualcan. dicta deciſ. 1. nume. 27. Maſcard. d. concluſ. 1319. nu. 4. Decian. dicto conſ. 60. nu. 24. at ſi Hebræus fuiſſet debitor, ſine dubio ſoluiſſet in cauſam uſurariam, ergo non potuit aliam cauſam eligere pro ſolutione ſibi facta. Et ſi dicatur, quòd inutilis eſſet hæc electio ſi cogeretur hoc modo eligere, reſpondeo, ꝙ imò multis in caſibus affert utilitatem, ut bene declarat Bar. in d. l. 1. nu. 2. uer. uenio ad ſecundam partem, ff. de ſolutio. ſi igitur electione deuoluta ad creditorem, non poſſet is declarare ſe uelle, quòd ſolutio cenſeatur facta in hanc cauſam, multo minus id fiet cum nulla ad ipſum creditorem ſpectet electio, aut declaratio, ſed ſola iuris cõis diſpoſitio attendatur.

Quod ſi dicatur prædicta procedere in caſu dubio, at ſecus eſſe quãdo conſtat quam in cauſam facta fuerit ſolutio, ut in præſenti facto, in quo Toſabecius ſoluit explicitè in cãm uſurariam, & Hæbreus in eandẽ cauſam recepit, reſpondetur non eſſe attendendã declarationem debitoris, quia facta eſt per errorẽ, cũ crederet ſe eſſe debitorem uſurarũ, & debitũ eſſe uſurariũ, geſtum aũt ab errante, nullum producit iu-
11 ris effectum, quia errans non cõſentit, † l. nõ idcirco, C. de iuris, & facti ignor. l. 2. in prin. ff. de iud. l. ſi per errorẽ, ff. de iuriſ. omn. iud. l. nihil cõſenſui. §. nihil eſt, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. ſoluendo igiť debitor per errorẽ in vnam cãm, non ſibi præiudicat quo minus detecto errore poſſit allegare ius ſuũ perinde ac ſi nihil feciſſet ꝑterea conſenſus ſi inſurgeret ex erronea ſolutione, ille eſt limitatus reſpectu vſurarũ, nõ reſpectu ſortis, qa non voluit ſoluere nõ extinctionẽ ſortis, ſed vſurarũ; ergo nõ põt trahi ad ſortẽ, quia limitata cã limitatum producit effe-
12 ctũ, † l. in agris, ff. de acq. rer. dom. Neuizan. cõſ. 52. nu. 34. Rurſus in cauſã vſurarũ facta ſolutio non habuit effectum, quia indebita, & ex ſnĩa iam lata repeti põt, ideo habenda eſt ac ſi facta nõ eſſet, quia paria ſunt factũ nõ fuiſſe, vel
13 nõ habuiſſe effectũ, † l. 1. §. nihil, ff. de inoſ. teſt.

l.ſi quis ſub conditione, ff.de teſtam. tutel. l.ex conſenſu, §.1. ff.de appellat. ſicuti igitur ſi non eſſet facta in illam cauſam, diceremus illam ſolutionem extinguere debitum vſurarium, ita dicere idem debemus non obſtante electione, & declaratione, quæ non habuit effectum.

Non etiam dicatur, quòd vſuræ indebitè ſolutæ imputantur in ſortem pro qua fuerūt ſolutæ. reſpondetur enim, id procedere, quando ſoluens non eſt creditori obſtrictus ex alia grauiori cauſa, tunc enim quia ex vna tātum cauſa debitor tenetur, vertitur in extinctionē illius ſortis, ſed vbi tenetur ex pluribus cauſis, tunc ſi alia ſit grauior ſolutio verti debet in grauiorem.

Pro contraria parte vnica, ſed fortis quidem allegatur rō: ꝙ ſcilicet vſuræ indebitè ſolutę im
14 putantur in ſortem pro qua fuerunt ſolutæ, † vt probat. tex. in l.ſi nō ſortē, in prin. ff.de cōd. indeb. & ibi Bar. in fi. dicit, ꝙ ſolutum pro vſuris cōputatur directo in ſortē, ſicut ſi pro ſorte eſſet ſolutū, quia occaſione ſortis ſoluitur. ſic dicimus, ꝙ fructus pignoris imputantur in ſortem
15 pro qua datum eſt pignus, † l.ſi dominū, vbi Doctores omnes, C.de pigno. l.2. & l.fi. C.de pigno. actio. & hanc exornat ampliando pluribus modis Neguſ. de pigno. in 5. mem. 5. par. princ. nu. 1. & multis ſeqq. nā parificātur fructus pignoris & vſuras promittere, & conuenire, ꝙ fructus nō
16 imputentur in ſortem paria ſunt, c.1. † c. cōqueſtus, vbi Doctores, & c. qua fruſtra, de vſur. Alex. in cōſ. 31. nu. 4. vol. 6. Neguſ. loco præcitato, nu. 10. in fin. dixi in conſ. 243. nu. 33. & ꝙ vſurę ex
17 tenuent ſortem † tenuit Caſtr. in conſ. 447. in princ. vol. 1. vbi dicit, ꝙ ſolutū in cauſam vſurarū, quæ non debebantur, non cadit in cauſam, vſurariā, q̄ nulla eſt, ſed cadit in ſortem, & eā extinguit, adeo ꝙ ad tm̄ peti poteſt, quod deductis vſuris ſupereſt ex ſorte. idem voluit Aret. in conſ. 15. Viſo themate, nu. 2. in fi. Crot. in l.nemo pōt, nu. 5. & nu. 6. verſ. 2. adduco, ff.de leg. 1. & dicit Bal. in d.l. ſi non ſortē, in princ. qd hoc caſu fit cōpenſatio de acceſſorio ad principale, & conuerſio ipſo iure, & ipſo facto ſine ope exceptionis, & dr̄ intrinſeca compenſatio, & non homo, ſed ipſa lex cōpenſat, quaſi dicat, ꝙ vbi ſoluit aliquis vſuras indebitas, lex ſtatim fingit ſolutā eſſe ſortem, pro qua, ſeu cuius occaſione vſuras voluit debitor ſoluere. ex quibus verbis datur intelligi, ꝙ cōpenſatio fieri dēt non in aliam ſortē, quāuis duriorem, ſed in eā, pro qua ſolutę ſunt vſurę, alias nulla, & inualida eſſet rō Bar. qui dicit ideò in ſortē imputari, qa eius occaſione ſoluūtur. nec eſſet vera deciſio Baldi dicētis, ꝙ ſit cōpēſatio acceſſorij cū ſuo principali: qa aliud debitū nō eſt principale reſpectu vſurarū ſolutarū, nec fuit occaſio, ꝙ ſoluerēt vſurę.

Secundo accedit, quòd cum debitor ſoluerit in cauſam vſurarum pro eo debito currentium, videtur eo ipſo declarare ſe velle illud debitū extinguere: nam cenſetur quilibet accōmodare
18 voluntatē ſuam ſecundū leges † l.quæro, §.inter locatorē, ff.locat. l.quidam cum filium, ff.de verb. oblig. Alciat. in tractat. præſumpt. regula tertia, præſumptio. 32. in princ. Zanc. in l.hæredes mei §.cum ita, par. 9. ff.ad Trebell. poſt Rip. ibi, num. 75. Menoch. de præſump. lib. 4. præſ. 202. lex autem vult, quòd compenſ. fiat in ſortem, pro qua vſuræ ſunt ſolutæ: ergo idem videtur velle ſoluens, quando autem ſoluens eligit ſoluere in vnam cauſam, illa extinguitur, non alia, vt probatur in l.1. ff. de ſolut. vbi omnes Doctores, & in l.prima, C.eod. tit.

Tertio vſura dicitur acceſſoriū ſortis, vt de
19 ſe patet, † & præſupponit Bal. in d.l.ſi non ſortem, in prin. & pactum ſuper ſorte ad vſuras trahitur, l.fi. ff de eo, ꝙ certo loco, & eadem datur actio ſorti, & vſuris, l.ſi depoſiti, C.depoſit. & legata ſorte veniūt vſuræ, l.nomen, ff.de leg. 3. l. Aurelius, §.legatū, ff.de liberat. legat. & vſuræ non poſſunt peti extincto principali, l.4. C. de iudic. & dicitur quaſi pars principalis debiti, & acceſſorium aſſumit naturam principalis,
20 † l.1. §.ſi ſub cōditione, ff. vt legato. nom. caue. dixi in conſ. 217. nu. 18. & ſeq. propterea ſoluēdo vſuras vnius debiti, cēſetur velle, quis ſoluere illius debiti partē, vn̄, etſi pars illa non debeatur, compenſatur tn̄ ſolutio in aliam partē quæ debetur, facilius enim vna, & eadē ſolutio compenſari debet cū eodem, q̄ cum debito diuerſo ab illo ꝙ voluit extinguere, quia in habē
21 tibus ſimboleitatem facilior eſt tranſitus, † l.ſi vnus, §.pactus ne peteret, ff.de pact. l.fi. in prin. C.de bon. author. iudic. poſſid. Bart. & alij, in l. Cēturio, in 1. oppoſ. ff.de vulg. Crau. in cōſ. 937. nu. 6. vbi in propoſito arguit de lucro ad ſortē pecuniæ. facilior igitur datur tranſitus de vna ad aliam partē eiuſdem rei, q̄ de vna ad aliam rem diuerſam, & ꝙ debitum ſortis ſit connexū cum debito vſurarū, imò ſit vnum & idē debitum, voluit Cyn. in l.1. nu. 2. in fi. C.de ſolut. vbi Io. Fabr. nu. 3. & videtur tranſire Bal. num. 2. Salic nume. 7. quidquid dixerit Imol. in l.prima, col. 3. verſic. ideo alij aliter dixerunt & tertio.

Quarto non eſt iure deciſum, nec in iure reperitur, quòd vſuræ indebitè ſolutæ pro vno debito, compenſentur cum alio debito, quàm cum eo cuius occaſione ſolutæ fuerūt, ergo nō
22 eſt id nouis ſuperſtitionibus. † præſumēdum, cap.

cap.conſuluiſti,2.q.5.Archid.in proœm. Sexti, in ver.ſacroſanctæ,col.pen.in fi. Crau.conſ.90. nu.2.& paria ſunt aliquid fieri ſine lege,vel cō-
23 tra legem. † Bal.in c.in Geneſi, col.vlt. de electione.Iaſ.conſ.39.col.5.verſ.prædicta veriora, vol.3. Decius,cōnſ.35.nu.4. quod autem compenſatio fiat cum ſorte cuius occaſione ſoluit, extant iura clara, ideo debemus magis inclinare,qđ fiat eo modo compenſatio, ſecundū quē, & pro quo habemus legē, q̄ eo de quo non habemus legem, & hæc eſt tutior opinio, confirmatur hæc ſnīa: nam hæc compenſatio fit à lege non ab homine, vt inquit Bald. in d.l. ſi non ſortem, & probatur iuribus, quæ dicunt ſolutum vſurarum nomine extinguere ſortem, ergo cum nulla lex dicat compenſationem fieri cum alio debito, non debemus curare quam in cauſam debitor eſſet ſolututus, ſi non erraſſet, poſtquam non ipſius ſoluentis in hoc voluntas, ſed legis diſpoſitio attendi debet, vt ſupra.

Quinto ſors, & vſuræ ſunt correlatiua, quia non dicitur ſors,niſi reſpectu vſurarum,vel alterius acceſſorij puta fructuū, pœnæ,& vſuræ. nec dicitur fructus pœna,aut vſura,niſi ſortem ſupponamus,quia correlatiuū eſt duorum,plurium
24 ve mutua relatio. † Euerard. loco ſeptuageſimo ſexto, in princip.cū autem iura dicunt vſuras compenſari cum ſorte, non poſſunt de alia ſorte intelligi, quam de ea, pro qua vſuræ ſunt ſolutæ, quia alterum debitum non pōt dici ſors reſpectu vſurarum ſolutarum:verba.n.intelligi
25 debent eo reſpectu quo prolata ſunt, † l. debitor,§.fin.ff. ad Trebellian. Decius, conſil. 283. col. 1. Crau.conſ.236.nu.11.& reſtringi debent ad rem,ſuper qua exprimuntur,§. quod aūt, Inſtit. de legitim. agnat. tutela.Crau.in conſil.16. num. 5. & dicit Socin. in l. nou putabam, ff. de condit. & demonſt. quod verbum vnum debet ſolum declarare, & determinare illud ad quod refertur, ideo quod lex dicit de ſorte, intelligi debet de ea, pro qua ſupra dixit ſolutas eſſe vſuras, quia ad eam refertur.

Et per prædicta videtur ſatisfactum contrarijs: nam non eſt dubium in quam cauſam debitor ſoluere voluerit; conſtat enim id eum feciſſe in extinctionem vſurarum, ſed quia vſuræ indebitæ ſunt,lex declarat, & præſumit aut fingit ſolutionem factam eſſe in eam ſortem, pro qua vſuræ ſunt ſolutæ,& hęc eſt compenſatio legis, quæ cum fiat ipſo iure, abſque hominis declaratione, vt inquit Bald. in d.l.ſi non ſortem, non ſumit robur à voluntate partis tacita, & hac ratione non Imputatur in eam cauſam,quam veriſimiliter pars eligeret, vel etiam dicere poſſumus quod pars ſoluendo indebitas vſuras tacitè videatur eligere, quod ſolutio cedat in eam cauſam cuius occaſione ſoluit,vt declarat Bar. d.l.ſi non ſortem,præcipuè cum debitum ſortis & debitum vſurarum ſit vnum & idem, vt dixi ſupra in 3.fundamēto ceſſant igitur omnia fundamēta,quæ pro priori parte fuerunt adducta.

Et non ſuſtinetur reſponſio,quæ datur ad l.ſi non ſortem, & ibi notata per Doctores, quòd loquantur vbi non ſuberat aliud debitum:nam ratio illa, quòd facta ſit ſolutio occaſione eius debiti, militat etiam,quādo aliud extat debitū, ideo idem ius eſſe debet, l. illud,ff. ad l.Aq. ſic ēt alia quod ſit vnum, & idem debitum ſors & vſura, ideo ſoluendo vſuram videatur ſoluere voluiſſe illud debitum militat quāuis plura ſint debita; nec dicatur, ꝙ in debitore errante non datur voluntas, vel electio:reſpondetur namq; qđ etſi errauerit ſoluendo in cauſa vſurarum, non tñ errauit ſoluēdo in extinctionem ſortis.

SVMMARIVM.

1 *Statutum vbi expreſsè diſponit ligat ſubditū extra territorium facientem actum.*
2 *Subdito delinquenti extra territorium poteſt imponi pœna per ſtatutum.*
3 *Ciues non ſolum origo, ſed etiam adoptio facit.*
4 *Statuti finalis intentio colligitur ex proœmio.*
5 *Statutum, quòd in teſtamentis adhibeantur teſtes de iuriſdictione ſtatuentium eſt fauorabile.*
6 *Mixtum includitur ſub ſimplicibus in materia fauorabilis.*
7 *Conſuetudines diuerſæ ſi extant in loco originis. & domicilij vtraque obtinebit quo ad bona ſub ſua iuriſdictione poſita.*
8 *Mixtū venit ſub ſimplicibus, & conſideratur reſpectiue tāquā ſīplex vbi mixtura ſeparari pōt.*
9 *Ciuis appellatione venit ꝓpriè ciuis originarius.*
10 *Verba ſtatutorum debent ſtrictè, & propriè intelligi.*
11 *Domicilium habitationis attenditur vbi quis habet diuerſa domicilia.*
12 *Mixtum non continetur ſub ſimplicibus.*
13 *Statutum loquens in caſu ſimplici non verificatur in mixto.*
14 *Mixtus caſus non comprehenditur ſub ſimplicis vbi etiam adijcitur dictio vniuerſalis.*
15 *Caſus mixtus in ſtatutis iudicatur ſecundum naturam vnius ex ſimplicibus, prout iuri cōmuni magis fauetur.*
16 *Mixtum regulatur ſecūdum illud ſimplex, quod eſt fauorabilius.*
17 *Ratione legis ceſſante ceſſat lex ipſa.*

Ratio

18 *Ratio ſtatuti eſt prior in potentia.*
19 *Mixtum non continetur ſub ſimplicibus, quando in caſu mixto nō eſt eadē ratio, quæ in ſimplici.*
20 *Ratio ſtatuti magis quàm verba attendi debet.*
21 *Statutum Mantuanum de teſtamentis conficiendis non ligat habitantem extra territorium.*
22 *Forenſis præſumitur eſſe incognitus.*
23 *Ratio, & mens legis eſt illa, quæ regulat, ampliat, & reſtringit.*
24 *Mixtū non includitur ſub ſimplici in fauorabilibus, quādo ſtatutū de vno tātū ſimplici diſponit.*
25 *Teſtamentum vno in loco ritè, & ſolemniter factum vbique ſeruandum eſt.*
26 *Sollēnitates illas adhiberi in teſtamētis ſufficit, q̃ requiruntur à ſtatuto loci vbi actus ordinatur.*

ARGVMENTVM

Ciuis originarius Ferrarienſis, factus ex priuilegio ciuis Mantuanus, habitans tamen Ferrariæ, & volens teſtari, an teneatur ſeruare Statutum Mantuanum diſponens circa formam ordinandi teſtamentum, vel potius Statutū Ferrariæ vbi habitat.

DECISIO CCCXXIX.

CONTRA teſtamentum illuſtris Domini Franciſci Pendaleſæ quōdam Pompei, in quo inſtituerat hæredem illuſtriſſimum Dominū Hyppolitum Gonzagam in omnibus bonis exiſtentibus in territorio Mantuano opponebatur nullitas, quòd non fuerint adhibiti teſtes de iuriſdictione Mantuæ, ut exigit ſtatutum dicens, quòd ſi contigerit per ciues fieri teſtamenta extra ciuitatem, & diſtrictum, adhiberi debeant teſtes de iuriſdictione, & ſi aliter, uel alio modo fierent ſint ipſo iure nulla, nam conſtabat Dominum Franciſcum fuiſſe ciuem, & teſtamentum carere dicta ſollemnitate, quæ tamen adhiberi potuiſſet, & non eſt dubium ſuper ualiditate ſtatuti, quoniam ſtatutum, cum expreſsè diſponit, poteſt ſubditum extra territo-
1 rium teſtantem ligare, † ut probat text. in l. fi. ff. de decr. ab ordin. fac. Sal. l. 2. C. de eunuch. per quæ iura hoc uoluit Ang. in l. fi. col. fi. verſ. hoc aūt fallit, ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi Caſtr. nu. 6. ubi dicit, quòd poteſt ſtatutum pœnā imponere
2 ſubdito delinquenti extra territorium. † Bar. in l. cunctos populos, nu. 45. in fi. C. de ſum. Trinit. Alex. in conſ. 51. nu. 4. uerſ. quippe ſi prædicta, uolu. 5. ubi allegat Feder. Semen. Bar. Bal. Ang. Anchar. & alios, Dec. in conſ. 457. nu. 9. Brun. de ſtat. exclud. fœmin. artic. 8. princ. nu. 127. Cagn. in l. ſi num. 16. uerſ. ſi uerò ſtatutum loqueretur, ff. de iuriſdict. omn. iudi. & loquendo in hoc ipſo ſtatuto latè id ponit Burſat. in conſ. 307. nu. 58. & non mouet q̃ Dominus Franciſcus eſſet ciuis originarius Ferrariæ, atque ibi haberet domicilium, ſed Mātuæ eſſet tantū ciuis ex priuilegio, & adoptione, nam nō ideo minus ligatur ad obſeruantiam ſtatuti Mantuani, nam ciues non ſo-
3 lum origo, ſed etiam adoptio facit, † l. ciues, ubi notant omnes Doctor. C. de incol. lib. 10. Bal. in l. ciues, C. de appel. Cuma. in l. ſi is qui pro emptor. ubi Iaſ. nu. 291. ff. de uſucap. & ciuis per decretum uel ſtatutum factus dr̄ uerè, & propriè, ciuis, etiam ſi decreti uerba importarent fictionem. Bar. d. l. ſi is qui pro emptore, nu. 34. & 36. in conſ. 62. punctus talis eſt, uol. 1. Bart. in l. 3. §. hæc uerba, ff. de neg. geſt. ubi etiam ſtatuto pœnali loquente de ciue, uult, q̃ includatur ciuis adoptiuus, Butr. in c. ex parte, in 2. notabili, de ſpōſal. Imo. in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad leg. Falc. & ne aliena transferantur, hanc partē multis authoritatibus, & rōnibus defendit Dec. in conſil. 44. nu. 5. & multis ſequen. in 4. uol. ubi ſuſtinet tales eſſe uerè, & propriè ciues, ac ſi in loco nati eſſent, & ideo infert in laudo de ciuibus loquēte venire nō minus q̃ originarios, & in eo ipſo facto eandē propoſitionē tuetur Cephal. in cōſ. 451. nu. 26. & pluribus ſeqq. ubi pro eius ueritate ad ſatietatē uſque pertractāt, ideo nō eſt idipſum repetēdum, & hoc multo magis procedit, qñ ſumus in materia fauorabili; nam tunc fieri debet extenſio, talis autem ea eſt, de qua nunc agimus, quia ſolemnitas huiuſmodi fuit à ſtatuto introducta, ut occurratur fraudibus, quæ frequenter in condendis teſtamentis, & ultimis uoluntatibus committi ſolent, ita enim legitur in prooemio ſtatuti, ex quo finalis eius intētio col-
4 ligitur, † l. fi. ubi Bar. ff. de hæred. inſtituen. dixi in conſ. 210. nu. 28. hac ēt ratione lex ſcrupuloſè agit in ſolemnitatibus teſtamentorū, l. fin. §. lex etenim, C. de fideicō. & talis cauſa reſpicit publicam utilitatē, ut teſtantium uoluntas plenum ſortiatur effectū, l. uel negare, ff. queādmo. teſtamen. aper. & q̃ ſtatutum prædictum eo ten-
5 dat, & ſit fauorabile, admittit † Menoc. in cōſ. 351. nu. 23. & præter eum hoc uoluit Calder. conſ. 21. de conſtit. Riminal. ſen. conſ. 181. nu. 23. uol. [illegible] ubi ideo infert, quòd ſtatutum reputatur fauorabile. Becius conſil. 62. nume. 18. &

in

in terminis d ſtatuto Mãtuano, ꝙ ſit fauorabile.

Nec contradicit, quod Dominus Franciſcus eſſet ciuis mixtus, ideſt non ſolũ Mantuanus ſed Ferrarienſis quoque: nam cum ſimus in fauorabili materia, vti ſupra deductum eſt, mixtũ ſub
6 ſimplicibus includitur, † l. ſi ita ſcriptũ in prin. vbi omnes notant, ff. de lib. & poſthu. l. ſeruis vrbanis, §. fin. ff. de leg. 3. & procedit etiam in priuilegijs, l. 2. §. fi. ff. de excuſ. tutor. Aret. in l. 2. in prin. ff. de verbo. oblig. & ꝙ mixtum in fauorabilibus veniat ſub ſimplici, voluit Bar. in d. l. 2. nu. 1. Imol. in l. ſi ita facta, ff. de iniuſt. rup. teſtã. Iaſ. in l. Titia textores, nu. 19. poſt Alex. ibi nu. 4. Alciat. d. l. 2. nu. 18. Alex. in conſ. 144. nu. 4. vol. 6. & ita tenere Doctores cõiter teſtatur Iaſ. in §. omnium, nu. 31. Inſtit. de actio. Curt. Iun. in l. vt liberis, nu. 28. C. de collatio. Ruin. conſ. 114. nu. 14. vol. 3. Pariſ. in conſ. 114. nu. 13. vol. 4. Ceph. in conſ. 69. num. 14. & dicit Alciat. d. l. 2. nu. 20. idem eſſe, quando ſimplicia eſſent indiuidua. Præterea Dominus Franciſcus, non erat adeo ciuis dictarũ ciuitatum, quin poſſit conſiderari ſimpliciter tanquã ciuis Mantuanus quoad aliqua, & tanquam Ferrerienſis quoad alia, hæc enim ſe inuicem cõpatiuntur, & ideo videmus, quod ſi quis ex vno loco oriundus alio ſe conferat, & ibi domicilium conſtituat, tali caſu ſi diuerſè illis in locis extant conſuetudines vtraque obtinebit quoad bona ibi, & ſub ſua iuriſ-
7 dictione poſita, ſecundum † Salic. in l. cunctos populos, nu. 15. ver. or attẽte, C. de ſum. Trinit. & fi. cathol. Socin. in conſ. 288. nu. 2. & ſeq. vol. 2. Corn. in conſ. 202. col. 4. vol. 2. Alex. in conſi. 16. nu. 1. vol. 1. idem probarunt Bal. Iaſ. Marſil. Cagnol. Bened. Phanuc. & alij multi citati à Lãcell. Gall. in conſuetud. Alex. præfatio. 7. nu. 16. vbi hoc modo concordat contrarias ſentẽtias, & ſaluat contradicentiũ opiniones, vbi autem mixtura ſeparari poteſt, tunc mixtum venit ſub ſimplicibus, & conſideratur reſpectiuè tanquã
8 ſimplex, † l. adeo, §. cum quis, ff. de acquir. rer. dom. ita reſoluit Alciat. d. l. 2. nu. 6. & num. 23. Fortun. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, nu. 171. ff. de lib. & poſthum. & ciuis in vno loco ex origine, & in alio loco ex priuilegio, ſuſtinet duplicem perſonam, & reputatur, tãquam duplex homo, l. ciues, & ibi not. C. de incol. lib. 10.

Omnibus tamen diligenter examinatis. Senatus fuit eius voti, quòd Dominus Franciſcus non eſſet diſpoſitioni prædicti ſtatuti alligatus, loquitur enim ſtatutum de teſtamentis factis extra territorium à Mãtuano ciue: at ciuis appel-
9 latione venit propriè ciuis originarius, † Bald. in l. 3. §. hæc verba, ff. de nego. geſt. in l. ciues, §. incolæ, nu. 4. C. de appellat. Anch in c. canonũ ſtatuta, nu. 357. verſ. quæritur primo, de cõſtit. Alex. in conſ. 160. nu. 2. vol. 5. quæ ſententia obtinet ſine dubio, qñ ſumus in materia ſtricta, & odioſa, vt dicunt præfati Doctores. Aret. in cõſil. 67. in princ. Bero. conſ. 104. nu. 6. vol. 1. Rol. in cõſ. 79. nu. 16. vol. 3. Mazzol. in conſ. 93. per totum, Natta, conſ. 254. nu. 3. Brun. de ſtatu. excluſ. fœmin. arti. 12. q. 4. nu. 61. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 384. nu. 7. Virgin. Boccaſi. in conſtit. March. glo. 6. nu. 66. Carpan. de ſtatu. Mediol. c. 218. nu. 29. volum. 2. & cap. 256. nu. 2. vol. 1. Ruin. in rub. ff. ſoluto matr. nu. 340. Crau. conſ. 271. nu.
10 2. verſ. 4. dico, & nu. ſeq. ſtatutorũ † autem verba debẽt ſtrictè, & propriè intelligi, d. l. 3. §. hęc verba Bar. in l. omnes populi, in 4. qõ. 6. quęſu. princip. ff. de iuſt. & iure. Bald. in conſ. 2. num. 4. volum. 1. Pariſ. in conſ. 16. nume. 92. volum. 2. confirmet multis Becius, conſ. 53. num. 4.

Secundo, non ſolũ Dominus Franciſcus erat ciuis originarius Ferrariæ, ſed ibi quoque habebat incolatum: nam ibi ſemper cum tota familia habitauit, ibi vxorem duxit, atq; ibi ſemper permanſit, nec ullo unquam tẽpore habuit domicilium habitationis Mantuæ; vnde tãto magis ſeruandum ei fuiſſe ſtatutum Ferrarienſe nõ Mantuanum dicendum eſt, cum ciuis eſſet origine, & incolatu Ferrarienſis: nam vbi quis habet diuerſis in locis domicilium, vno ſcilicet in loco originis, alibi uerò habitationis, attẽdim⁹
11 domicilium habitationis, † gl. in c. ſtatutum, §. cum uerò, in verſ. unam dietã, de reſcrip. in 6. Innoc. & alij, in cap. fi. ubi Butr. & Imol. de foro compet. Bal. in rub. C. ſi à non compet. iudic. Felyn. in c. dilectus, il ſecondo. nu. 6. de reſcrip. Afflict. deciſ. 384. per totã. Socin. in rubr. ff. ſolut. matr. nu. 21. in conſ. 79. col. 2. uol. 4. & poſt alios idẽ voluerunt Dec. Alci. Bened. d. Boſſ. Pecch. Cephal. & alij, quos citat & ſequitur Lancell. d. præfatio. 8. nu. 22. ꝙ ſi præualet domicilium habitationis, quãdo pugnat de domicilio originis multo magis præualebit, qñ cum eo iunctũ pugnat ſolũ cum domicilio habito ex priuilegio, aut decreto: ſimul. n. iũcta duo iura, ſuperãt vni cũ illud ꝙ fundatur ſuper ſolo priuilegio vñ iudicari magis debet Ferrarienſis, q̃ Mantuanus.

Tertio, ſtatutum loquens ſimpliciter de ciue Mantuano, intelligi debet de eo, qui non ſit aliundè oriundus, non autem de eo, qui etſi habeat priuilegium ciuilitatis Mantuanæ aliundè tamen originẽ ducit, & alibi quoque habitat, talis namque non poteſt dici ſimpliciter, & abſolutè Mãtuanus ciuis, ſed eſt mixtè ciuis, ideſt plures habet ciuilitates; mixtum autem non cõ-

iungetur

12 tinetur ſub ſimplicibus, † l.quid ergo,§.1.ff.de
his qui not. infam.l.1.§. ſi is qui,ff.de exercito.
Iaſ.d.§.omnium,nu.28. Inſtit. de action. ideo,
ſtatutum loquens in caſu ſimplici,non verifica-
13 tur in mixto, † l.hac conſultiſſima,nu.7.C. qui
teſt.facer.poſſ. in l.certi condictio,§. quoniam,
col.fi.verſ.2.quæro,ff.ſi cert.pet. Rom.in conſ.
295.nu.4.Iaſ.d.§.omnium,nu.29. Soc. in conſ.
28.nu.16.& ſeq.vol.4. Ruin.d.conſ.114.nu.5.
vol.1. Pariſ.conſ.54.nu.28.vol.2.Bero.in conſ.
150.nu.14.vol.1. conſ.141.nu.22.vol.3. Tira-
quell.de legib. connubial. gl.5.nu.70. Natta in
conſ.463.nu.18.Crau.in conſi.942.nu.13. latè
Decia.in conſ.16.nu.37.vol.1.in conſ.1.nu.73.
vol.4.Riminal in conſ.472.nu.12.vbi loquitur
in Statuto Mantuano loquente de muliero nu-
bente forenſi.Alba,conſil.180.nu.16.& ideo ci
uis Ferrarienſis ſimul, & Mantuanus,nõ ligatur
eo ſtatuto,quod loquitur de ciuibus Mantuanis
ſimpliciter,atque ita de mixto ciue,ideſt,de eo,
in quem cadit duplex ciuilitas. Et procedit hæc
Concluſio, etiam quando caſui ſimplici adijci-
tur dictio vniuerſalis, puta, ſi dictum eſſet, de
omnibus ciuibus: quia nihilominus caſus mix-
14 tus non comprehenderetur,† vt probatur in l.
mariti,§.hoc quinquennium,ff.de adult.iuncta
l. vim paſſam, §. præſcriptionis, ff. eod. tit. per
quæ iura hoc modo concluſionem prædictam
ampliat Gabriel, conſ.8.nu.17.vol.1.hinc dixit
Anch.in c.canonum ſtatu.de Conſt.quod ſtatu-
tum certam ſollemnitatem requirens in cõtra-
ctibus mulierum, non habet locum in herma-
phrodito, ſequitur Caſſan. in conſuetu. Burg.
Rub.4.§.7.nu. 20. Lamberteng. qui alios citat
de contract. eorum, glo.2.num,1.

Quæ ſententia quarto loco confirmatur,quia
intelligendo de eo, qui ſit ſolum ciuis Mantua-
nus, & ad eum reſtringẽdo ſtatutum noſtrũ ſine
dubio iuri communi minus derogatur,& gene-
ralis diſpoſitio legalis minus læditur,vnde ſuc-
cedit determinatio Doctorũ,qui dicũt ꝙ in ſta-
tutis de caſu mixto iudicatur ſecundũ naturam
15 vnius ex ſimplicibus,prout iuri cõi magis † fa-
uetur. Bal.in l. ſi quis decurio, ad fin. C. de falſ.
Abb.in c.ſuper quæſtionum,§.ſi verò,col.2.nu.
5.de offi.deleg. Alex.in conſ.100.in fine.vol.3.
Roch.de Cur.de iure patron. in 4.q.7.q. princ.
in fi.Gabriel.conſ.8.nu.17.vol.1.conſ.33.nu.5.
vol. 2. & facit, quia mixtum regulatur ſm̃ illud
16 ſimplex,qđ eſt fauorabilius,† l.1.C.de rei vxo.
actio.l.1.C.commun.deleg. per quæ iura ita di-
cit Anch.in conſ.70.nu.1.& dixit Alber. in l.2.
poſt gl.ibi,ff.ad leg. Aquil. ꝙ in mixtis ſeqmur
naturã illius ſimplicis, qđ eſt fauorabilius. De-
cian.conſ.1.nu.73.vol.4.nulli aũt dubium,quin
fauorabilius ſit iudicare Dominum Franciſcum
tamquam ciuem Ferrariæ,quàm vti ciuem Man
tuæ, quia eo modo ſeruamus ius commune, ſu-
ſtinemus teſtamentum, & originis, atque habi-
tationis domicilium non violamus, ergo dicen
dum eſt, ac ſi Mantuanus ciuis non eſſet.

Quinto,& hoc principaliter mouit omnium
Senatorum animum,intelligendo,ſtatutũ in ci-
uibus Mantuæ,atque ibi degentibus,non aũt in
ijs, qui ſunt ex ſolo priuilegio ciues,& aliundè
originẽ ducunt,atque extra ciuitatẽ prædictam
eiuſq; ditionẽ domiciliũ habent,ſatiſfit volun-
tati ſtatuentiũ, & impletur ſtatuti ratio:& finis,
qui fuit,ne circa teſtamenta,& vltimas ciuiũ vo
luntates fraus aliqua cõmitti poſſit,faciendo te
ſtamẽta,& alias diſpoſitiones extra ciuitatẽ,vn-
de non tam facilè poſſit in patria haberi veritas
rerũ geſtarum.hæc aũt rõ militat ſolum in ciue,
qui degat in ciuitate Mantuæ, & ceſſat in ciue
degente in alia ciuitate, qñquidem ſi habitans
Ferrariæ cõdat ibi teſtamentũ adhibitis teſtibus
Mantuanis,caſu Ferrariæ extãtibus,abſq;dubio
illis teſtibus, qui Ferrariæ ſunt aduenæ facilius
imponi poterit,q̃ ſi teſtes Ferrariẽſes adhibean
tur, quibus nota ſit teſtatoris perſona, tamq̃ ibi
continuo habitans, & ſicuti ſuſpecta eſſet illius
Mantuani ciuis diſpoſitio,cui adhibiti eſſent te
ſtes forẽſes,cũ facta ſit in ciuitate Mantuana,ita
nõ careret ſuſpicione teſtamentũ alicuius ciuis
Ferrariẽſis qui teſtes alienigenas, & Ferrariȩ nõ
habitãtes adhiberet,cõciues.n.difficilius decipi
poſſunt.cũ igitur ciui Ferrariẽſi,& habitãti Fer-
rariæ nõ conueniat rõ Mantuani ſtatuti,imo cũ
eo penitus ceſſet, & effectũ producat contrariũ
intentioni ſtatuentiũ,ceſſare quoq; dẽt diſpoſi-
tio;ſicuti dicimus ꝙ ceſſante rõne legis,ceſſat ip
17 ſa lex, † l.adigere,§.q̃uis,ff.de iure patron.c.cũ
ceſſante,extra de appel.cũ infinitis cõgeſtis à Ti
raq.in tract.ceſſan.cauſ.p.1.nu.125.& multis ſe
quentib.cũ.n.rõ diſponit de ſtatuto,ſeruare de-
bemus rõnẽ nõ ſtatutũ, quia illa prior eſt in po-
18 tẽtia,† vt inquit Bal.in c.1.§.& qa videmus,nu.
12.ver.modo q̃ritur,de his qui feu.da.poſſ.Cor.
cõſ.63.col.3.vol.4.Tiraq.loco pđicto,n.167.&
ꝙ ceſſat ſtatutũ rõne illius ceſſãte, voluit Pariſ.
in conſ.98.n.30.vol.1.Tiraq.vbi nu.235.corro
boratur hæc ſnĩa, qa cũ in caſu mixto nõ eſt ea-
dem rõ,quę in ſimplici,tunc mixtũ nõ continet
19 ſub ſimplicib.† Bal.in l.ſi ita facta,ff.de iniuſt.
rup.teſt. Are.ĩ l.ſi ita ſcriptũ,col.2.ff.đ li.& poſth.
alios citaui in conſ.33.nu.29.hic verò nedũ nõ
cõcurrit eadẽ rõ,ſed ea penitus deficit, & ſucce
dit cõtraria: mens.n.& rõ ſtatuti magis q̃ verba
attendi

20 attẽdi debet,† l.cum pater,§.dulciſſimus,ff.de
leg.2. Bal.& alij,in l.nõ codicillũ, C.de teſtam.
Pariſ.latè in conſ.85.nu.9.vol.2.in conſ.61.nu
me.9.nume.34. & ſequenti. conſ.83.nume.13.
vbi latè agit, volum.tertio, Gallia,in conſuet.
Alex.præfatio.5.nu.o.& ſeq. & inducta à Satu-
to ad vnum finẽ,non debent operati contrariũ,
l legata inutiliter,ff.de leg.3.Beccius conſ.111.
nu.41. & poſſet multis medijs hæc propoſitio
cõfirmari : Hic Statuti ſenſus deprehenditur &
ex Statuti verbis,dum inquit; ſi verò cõtigerit
teſtamento extra ciuitatem, & diſtrictam Man-
tuæ per ciuem fieri:nam conſiderat quandã ca-
ſus contingentiam,quaſi dicat, ſi verò fortuito
caſu aliquo eueniat ciuẽ reperiri extra patriã,
& ibi teſtamentũ condere, nihil enim aliud eſt
contingere,quàm accidere, & regulariter con-
tingere dicuntur mala,quæ veremur. Conſide-
rauit ergo Statutum non id, ꝙ regulariter fieri
ſolet,ideſt, ꝙ forenſis alibi habẽs domicilium,
teſtamentum faciat in ſua patria,ſed quod ori-
ginarius,vel habitans Mantuæ, peregrè profe-
ctus,vel caſu aliquo extra patriam exiſtens, ibi
faciat teſtamentum, & per nonnullas ex prædi-
ctis rationibus Cephal.in conſ.170. num.28.&
ſeq.tenuit,ꝙ Statutum Laudę de donationibus
inſinuandis,non habeat locũ in ijs,quæ fiunt ab
his , qui extra ciuitatem degunt, & in terminis
noſtri huius Statuti, quòd non liget habitãtem
21 extra territorium,† voluit Burſat. in cõſ. 206.
nu.10.& conſ.307. nu.78. verſ.2.dicta, ſatisfit
ergo meriti Statuti,quãdo alibi habitans adhi-
bet teſtes ex loco ſuæ habitationis,licet Statuti
verba offendãtur, vt per Burſat.dict. conſ.307.
nu.55. forenſis enim præſumitur eſſe incogni-
22 tus.† Bart.in l.1.in 2.quæſt.C. de Summa Tri-
nit.Marcabrun.conſ.50.nu. 88. & per hanc ra-
tionem Senatus tenuit, idem dicendum eſſe in
originario, qui alibi domicilium habeat, quia
ſat erit ſi teſtes adhibeat de loco vbi habitat,
quia hoc modo fraudes facilius euitantur.

Quibus ſic ſtantibus, non eſt quærendum, ſi
Statutũ loquatur in ciue originario, vel ex pri-
uilegio qñquidem ratio, & mẽs Statuti eſt prin
cipaliter attendẽda , & in facto plus eſt Statuto
ſatisfactum in adhibendo teſtes Ferrarienſes,ꝙ
ſi adhibiti fuiſſent Mãtuani, quia vt dictum eſt
Mantuani,quibus teſtator erat incognitus faci-
lius potuiſſent decipi,ratio aũt,& mens legis il
23 la eſt,quæ regulat,ampliat,& reſtringit,† vt la
tè per Euerar.in tit.à.ratio.leg.larg.& præualet
verbis.Corn.in conſ.178.nu.1.in fine. vol.4.&
offendendo verba, Caſtr.conſ.83. col.fi.vol.2.
Crauet.conſ.429.nu.13.conſ.486.nu.13.Lãcel.
Gal.dicta pręfatio.8.nu.45.aliàs,ꝙ fuit inductũ
ad euitandũ fraudem, operaretur contrariũ ef-
fectum fraudis , & occaſionem præberet.

Vnde nõ eſt nũc examinandũ an Statutũ ſit fa-
uorabile , vel odioſum, q̃a quãcunq; eligamus
partẽ, idẽ erit effectus, ſi.n.dicamus eſſe fauora
bile, itelligendũ erit, vt operet̃ illũ fauorẽ, cui
ſtatuentes principaliter ꝓſpicere voluerũt,atq;
ita vt fraudes remoueat,ñ vt eas paret, & iſtru-
at,vti faceret ſi foreſẽ,& alibi habitãtẽ ligaret.

Præterea,ꝙ dicimus in fauorabilibus cõtine
ri mixtum,procedit ſolum, qñ de vtroque ſim-
plici de per ſe facta eſt mentio in Statuto, non
qñ Statutum de vno tantum ſimplici diſpoſuit,
quia eo caſu licet Statutũ ſit fauorabile, nõ in-
24 cludit mixtum.† ita loquitur tex.in l.ſi ita ſcri-
ptv,in princ. ff.de lib. & poſthu.nã de ambolus
ſimplicibus fuit ibi diſpoſitũ, vt aduertit Bart.
in princ. Imol.in fin.& Iaſ. col.1.in fi. & ita de-
clarat Bar.in l.Gallus,§. & quid ſi tantũ, col.2.
verſ.2.caſu,ff.de liber.& poſth.vbi Ang.col.2.
verſ.ſecũda cõcluſ.Ia.nu.24.verſ.4.fallit.Ruin.
in repet.nu.69.Crot.qui dicit cõem,n.68.Alex.
Socin.in Claud.in l.2.in princ. ff.de verb.obli.
Cuma.& Alex.in l.Titiæ textores, vbi Iaſ. in 5.
notab.ff.de leg.1.alios citat Cran.in conſi.942.
nu.15.Lamberten. de contract.eo. qui ſine cer.
ſolemn.gloſ.2.nu.5. at Statutum nihil diſponit
in hac parte de forenſibus teſtantibus extra Ci-
uitatem Mantuæ, nec diſponere potuiſſet,l.fin.
ff.de iuriſd.omn.iud. nec etiam diſponit de ci-
ue Ferrarienſe, & habitante Ferrariæ.

Nec verũ eſt, quòd in propoſita materia res
ſit diuidua,ità quòd D. Franciſcus conſiderari
poſſit tanquam ciuis Mantuanus reſpectu bo-
norum huius territorij,& tanquam Ferrarien-
ſis reſpectu bonorum,quæ ibi habebat,quoniã
actus teſtandi tanquam vnicus, & ſimplex, eſt
indiuiduus, & vnum,atque idem teſtamentum
vno in loco ritè ſolemniter factum vbique ſer
25 uandum eſt ſecundum † Gul. Cun.Iac.Butri.&
Cyn.num.5. in d.l.cunctos populos , vbi Bart.
nu.37.Bal.nu.94.Sali.nu.12.Iaſ.in 1.lect.n.44.
& in 2.n.91.Anch.in c canonũ ſtatuta,nu.194.
Alex.in conſ.44. nu.20. vol.1.vbi dicit cõem,
& conſ.128.col.2.eod.vol. vbi ait magis com-
munem. Sign.conſ.166.col.2.Anch. conſ.163.
nu.1.Pariſ.cõſ.12.nu.43.vol.2. Socin.Iun.cõſ.
95.num.4.uol.2.Euerar.conſ.185.col.2.Andr.
Gayl.obſeru.123.nu.2.& 3.in 2.par.Carpan.in
ſtatu.Mediol.cap.319.num.3.vol.1.Gabriel.de
teſta.conclu.4.nu.2.quinimo maxima induce-
retur repugnantia,ſi ſeruandum eſſet Mantua-
num Statutum Ferrariæ; ponamus enim,quòd

Ferratiæ vigeat, idem quod Mantuæ ſtatutum certè, vel quoad bona Mantuana teſtamentum adhibitis teſtibus Ferrarienſibus erit nullũ, vel quatuordecim erunt adhibendi teſtes, qđ eſſet abſurdum, propterea melius eſt, ꝙ ius cõmune ſeruetur, ſecũdum ꝙ ſufficit ſollemnitates i las adhiberi in teſtamentis, quæ requiruntur à ſta-
10 tuto loci, vbi actus ordinatur, † l. ſi fundus. ff. de euictio. l. 2. C. quemad. teſtã. aper. l. 1. C. de emã cip. lib. Doct. in d. l. cũctos populos, & in c. quod clericis, de foro compet. Alex. in conſ. 37. nu. 7. vol. 2. Corn. conſ. 232. nu. 5. vol. 4. Iaſ. qui dicit cõem conſi. 48. num. 6. vol. 1. Cephal. conſ. 170. nu. 21. conſ. 414. nu. 53. Gayl. d. obſer. 123. nu. 2. Oſeſc. deciſ. 114. Gabriel. conſ. 169. n. 37. Burſ. conſ. 206. nu. 10. Carpan. d. cap. 319. nu. 2.

SVMMARIVM.

1 *Forenſis dicitur qui non eſt natus in loco.*
2 *Natus alibi dicitur communiter forenſis.*
3 *Forenſis verè, & propriè dicitur qui neque originem, neque habitationem habet in loco.*
4 *Priuilegia ſunt ſtricti iuris.*
5 *Originis forum perdi, aut mutari non poteſt, etiamſi aliquis alibi longo tempore habitet.*
6 *Vxor conuenitur in foro mariti, non in loco propriæ originis.*
7 *Originis domicilium non perdit mulier nupta.*
8 *Statuta intelligi debẽt in ſenſu vero, nõ in ficto.*
9 *Mulier nubendo efficitur de foro mariti.*
10 *Maritus accedens ad domum vxoris, non vt ibi perpetuò maneat, ſed animo reducendi vxorẽ ad propriam domũ, nõ efficitur de foro vxoris.*
11 *Nemo dat quod non habet.*
12 *Vxor litigans cũ viro ſe defendendo gaudet domicilio mariti.*
13 *Matrimonium vnicam domum facit, & vnicum corpus.*
14 *Vxor efficitur eiuſdem ciuitatis cuius eſt vir.*
15 *Priuilegium alicui conceſſum cõpetit etiam eius vxori.*
16 *Vxor reputatur eiuſdẽ eſſe originis cuius eſt vir ſuus.*
17 *Statuta, quæ ligant virum includunt etiam vxorem, quamuis forenſem.*
18 *Statutum Mantuanum prohibens legatum annuum relinqui forenſi non includit vxorem ciuis Mantuani.*
19 *Naturalis mulier ſi nubat viro, qui ſit legitimus & naturalis, efficitur & ipſa legitima.*
20 *Vir, & vxor reputantur eadem perſona.*
21 *Originis domicilium tollitur ferè quo ad omnia in vxore propter virtutẽ vnionis matrimonij.*
22 *Vxor dicitur propriè, & verè ciuis originaria loci mariti.*
23 *Statutum diſponens de caſu vero, locum habet in ficto, qui equiparatur vero.*
24 *Ratio eadem vbi eſt in caſu ficto quæ in vero, ſtatutum locum habet in ficto, ſicut in ve o.*
25 *Officiales efficiuntur ciues, & gaudent beneficijs Statutorum loci vbi exercent officium.*
26 *Ciuilitatis nomen eſt nomen iuris.*
27 *Vidua dicitur eſſe in primo matrimonio.*
28 *Vidua retinet forum originis mariti, non minus quàm ſi eſſet adhuc in matrimonio.*
29 *Vidua retinet priuilegia viri, etiam ſi ad aliũm locum tranſierit, ſi tamen id fecit expulſa, & aliunde non habens vnde viuat.*

ARGVMENTVM.

Stante Statuto, quòd forẽſis non poſſit vllo aliquo titulo acquirere in alieno territorio; an vxor forenſis, & aliũde ducta acqrere poſſit in loco ſui mariti, vbi tale Statutũ vigeat?

DECISIO CCCXXX.

OPPONEBANT Illuſtres Do. Agnati de Pendaleis inſtitutionẽ factam à Domino Franciſco Ferrarienſe eſſe in fraudem Statuti Mantuani, cuius vigore forenſis nihil omninò põt acquirere in Mantuano territorio; mandat. n. hæreditatem ſtatim Illuſtri Dominæ Bernardinę vxori reſtitui, quæ Ferrarienſis eſt, iõ neceſſę fuit examinare, an prædicta Domina poſſit inſpecta Statuti forma, & diſpoſitione forenſis dici, & id quidem videbatur non poſſe negari, qm̃ Ferrarienſis eſt origine, & habitatione, Mantuæ aũt nullum habet domicilium, & forenſis dicitur qui non eſt natus in lo-
1 co. † Caſtr. in conſ. 89. nu. 3. vol. 2. Bertach. de gabell. in 7. par. princip. col. 2. in fin. & in reperto. in ver. forenſis, il primo, Socin. Iun. in conſ. 49. nu. 3. conſ. 37. nu. 8. vol. 1. Bero. conſ. 173. nu. 43. vol. 1. Ceph. in conſ. 205. nu. 20. etiamſi bona habeat in territorio, l. ciues, C. de incol. lib. 10. & eſt forenſis qui de foris venit, §. ſi verò aliqui, in auth. de quæſtor. Alex. in conſ. 34. vol. 5. Caccialup. in l. cunctos populos, num. 264. C. de ſum. Trinit. Dec. in conſil. 358. numero ſecundo, & 4. vbi quod eſt forenſis qui non eſt de corpore ciuitatis. idem Dec. in conſilio 661.

num.

nu.5. Pariſ.in cõſ.12.nu.10.vol.3.quinimo qui
2 alibi natus eſt, dicitur cõiter forenſis. † Corn.
in conſ.194.lit.c.vol.4.Dec.d.conſ.358.nu.4.in
fina. Socin.Iun.d.conſ.49.num.27.Bero.d.conſ.
173.num.43. & Corn.in præcitato loco vult, ꝙ
adeo reputatur, vt includatur Statuto forẽſibus
acquiſitionem prohibente.ſequitur Menoch.in
conſ.74.nu.1. verè aũt, & propriè forenſis eſt
qui neq; originem, neque habitationem habet
3 in loco, † vt probat Corn. præcitato loco.Dec.
conſ.352.nu.5. Menoch.qui alios citat d. conſ.
74.nu.4.Cephal.conſ.706.nu.28.cum igitur D.
Bernardina Mantuæ nata non ſit,ſed Ferrariæ,
neq; ibi domicilium habeat, excludi debet ab
acquiſitione tamquam forenſis, & alienigena.

Nec mouet, ꝙ maritus eſſet ciuis ex priui-
legio, poſſetque acquirere:nam priuilegia ſunt
4 ſtricti iuris,† cap.priuilegia,3.diſt.c.Abbate §.
contra qd,de verbo.ſign.l.quia perſonale,ff.ſo-
luto matrim. Dec. in rubr. extra, de reſcrip. &
perſonale priuilegium egreditur perſonam,l.1.
ff.de cõſt.princ.c.priuilegia,de reg.iu.in 6. ideò
tale priuilegium ciuilitatis non dẽt ad vxorem
extendi, & quamuis vxor forum viri ſortiatur,
tñ non deſinit eſſe ciuis in loco ſuæ originis: nã
forum originis perdi, aut mutari non põt tamq̃
naturale,ẽt ſi alibi quis longo tempore habitet,
5 † l. aſſumptio, in princ.ff.ad munic.l. origine,
cum l.ſeq.C. de municip. & orig.lib.10.gl.in l.
pen.in fi.ff.de Senat.Hoſtiẽ.in ſum.de foro com
pet.§.2.ver.item rõne originis.Bal.in rub.C.ſi à
non compet.iud.ver. item conſenſu. Alber.d.l.
incola,la prima,ff.ad municip.intantũ ꝙ expreſ
ſa ẽt voluntate illi renunciari non põt.Alber.in
d.l.aſſumptio,§.iuris prudẽtis.Bar. in l.pen.§.1.
ver.vlterius quæro,ff.ad municip. Soc. conſ.35.
nu.7.vol.1.Cephal.latè in conſ.451.nu.109.&
ſeq.pręcipuè,nu.125.Decian.in conſ.44.nu.76.
& ſequen.vol.4. Burſat.in conſ.36.nu.8. & cõſ.
74.nu.162.Menoch.in conſ.329.nu.37.in qui-
bus locis mouentur, quia cùm tale domicilium
natura contrahatur, mutari non põt, ſicuti nec
alia naturalia iura. Et qd dicitur viri forum vxo
rem ſortiri,intelligitur reſpectu fori iudicialis,
vt ſcilicet in foro mariti non in loco propriè o-
6 riginis conueniatur, † ita declarat Bal. in conſ.
352.nu.8.in fine,vol.1.& in conſ.310.nu.7.vol.
3.& in l.cùm quædam puella,ff.de iur.om.iudi-
cum,inquit Bald. ꝙ mulier nupta ſequitur forũ
mariti quoad iudicia, ſed in loco ſuæ proprię
originis ſuſtinet onera realia, & mixta, & pro-
bauit Aquen.ibi,& Cag.nu.20.dicens, ꝙ exce-
ptis iudicialibus mulier quoad omnia retinet
propriam originem,Soc.nu.6.ver.2. limita,ait,
quòd mulier nupta non perdit domicilium ſuæ
7 originis. † Cephal.in conſi.526.num.33. quare
etſi vir ſit ciuis, tamen non per hoc vxor dici-
tur eſſe forenſis in loco originis ſui mariti.

Et quidquid ſit, non poteſt dici, quòd ſit ve-
rè, & propriè ciuis,cum alibi nata ſit, & educa-
ta, & parentes ſui aliunde originem ducant,
ſed per fictionem iuris erit ciuis Mantuæ, eo
quòd viro ciui iuncta ſit:Statuta autem intelli-
8 gi debent in ſenſu vero, non in ficto, † l. 3. §.
hæc verba,ff. de negot.geſt. Doctores in l. Gal-
lus,§.& quid ſi tantum, ff. de liberis, & poſthu.
Afflict.deciſ.22.nu. 10.Alciat.conſ.728. in fine.
Burſat.in repet. l. cum acutiſſimi, nu.276.C. de
fideicom.Bero.conſil.44.nu.1.vol.2. Gram. de-
ciſ. 74. nume. 6. ideo ſtante fictione includitur
vxor in Statuto de quo agimus.

Parum tamen mouerunt Senatum prædicta,
& alia, quæ generaliter allegabantur, ideò illis
omnibus neglectis tenuit vxorem quantumuis
alienigenam, & forenſem non ligari Statuto,
ſed eo non obſtante poſſe quocunque titulo ac-
quirere, & idipſum aliàs Principi interroganti
reſpondit annis nonnullis elapſis: nam mulier
nubendo mutat forum proprium, & efficitur
9 de foro mariti, † vt l. exigere dotẽ,ff. de iudic.
vbi Bal. dicit, ꝙ ius matrimonij trahit vxorem
ad aliud domicilium,l. ea quæ, & l. fin.§. idem
reſcripſerunt, & ibi notat Bart.ff.ad municip.l.
prima, C. de mulier. & in quo loco, l. fin.C. de
incol.lib.10.l. cùm quædam puella, vbi Bartol.
Bald. Alber. Angel.Roma.Caſtr.Iaſ.& alij om-
nes,ff. de iuriſdictione omnium Iudicum. Cyn.
& Bald.in l.2.C.eodem titulo Alber.de Statut.
parte ſecunda,quæſtione decima, & Bald. con-
ſilio 227.libro tertio, conſilio 418. libro quar-
to conſilio ſexageſimoſecundo,in ſecundo du-
bio, volumine quinto. alios citat Tiraquel. de
legibus connubial.l. prima,in prima parte,nu-
mero vigeſimooctauo. & tale forum acquirit
ſtatim nupta,quamuis nundum traducta ſit,glo
ſa in dicta l. ea quæ, la ſeconda, in verſic. an-
te, ff. ad municipal. Barto. in l. exigere dotem,
numero ſecundo, ff. de iudic. Angel. in §. fue-
rat. Inſtitut. de actionibus.Iaſ. in dicta l. cùm
quædam puella, in princip. in prima ampliat.
Alexand. ibi columnà ſecunda. Curtius iunior
columna prima. Decius numero octauo,& Ca-
gnol. numero tertio, verſicu. ampliatur. Gail.
libro ſecundo, obſerua.decima. & Teſſaur.de-
ciſione Pedemon. 123. numero duodecimo:
quinimo Baldus in lege cum quædam puella
voluit idem eſſe ſi mulier virum traducat ad
domum ſuam, quia hoc operatur non ipſa
viri

viti traductio, ſed matrimonij virius, vt dictũ eſt: intelligendo tñ quòd maritus ad vxoris domũ accedat, non vt ibi ſit perpetuo, ſed animo 10 reducẽdi illam ad propriã domum,† vt voluit aliàs Bald.in l.fin.C.ſi à non compet. iud. cuius contrarietatẽ hoc modo cõciliat Dec. in d.l.cũ quędam puella, nume.9. vbi Iaſ.in princ. dicit notandum propter Statuta.Cagnol.nu.3.in fin. vbi dicit vinculũ quidem matrimonij id efficere, ſed propter ſpẽ futuræ cohabitationis, quæ tñ reſponſio non concludit,quia non minus dicitur cohabitare, qñ maritus accedit ad vxoris domum, q̃ vbi eam ducit ad domum propriã, ſed melior eſt ratio, quia cũ maritus diſcedit à loco propriæ originis, vt habitet in domo vxoris,quæ eſt in loco ſeparato,deſerendo *originẽ* propriã,perdit eius priuilegia, *ideò non poteſt* vxori cõicare forum,quod *ipſe* quoad cõmoda non habet, iuxta regulã, quòd neno dat quod 11 non habet, † l.ſi filius, C.de donatio.cap.quomodo de cõſecrat.diſtin.4.Dec.in l.nemo plus iuris,ff.de reg.iur.& Cagnol.in loco præallegato extendit ſupradictam cõcluſionẽ ad caſum, quo vxor nundum fuit cognita,& idem Doctores dicunt, qñ vxor litigaret cum viro,ſe tamẽ defendendo, quia nihilominus domicilio mari 12 ti gaudet,†cap.conſtitutis,de teſtibus,vbi Bal. dicit notan.ſic etiam Iaſ.loco ſupra relato in ſecunda ampliat.Dec.nu.10. Cagnol.nu.4. in fin. vbi dicit approbari cõiter à ſcribentibus, prædictorum ratio eſt:quia matrimoniũ vnicã do- 13 mum facit,& vnicum corpus,†l.1.§.ſi vir,ff.ad Syllan.& coniuges dicũtur duo in carne vna ſecundũ apoſtolum;c.debitũ,de bigam.cap. Martinus,de cognat.ſpirit. cũ ſimil.& uir. eſt caput mulieris, cap.fin.32.q.6.cap.manifeſtũ, cũ ſeq. 33.quæſt.5.ideò de vtroque ſtante cõiunctione idem iudicandũ eſt,& ſacramentũ inducit vnionem per prædicta; vnitorum aũt eadem eſt cõditio,l.origine,C.ad municip.lib.10.& in vnitis illud,ꝙ eſt potentias trahit ad ſe alterum, ꝙ eſt minus dignum, vt notatur in cap. 1. ne ſede vacante,& nulla eſt maior vnio,quàm coniugalis,per quam vir, & vxor efficiuntur vna caro.

Et nõ ſolum vxor aſſequitur domiciliũ viri, ſed efficitur ciuis eiuſdẽ Ciuitatis cuius eſt vir, 14 † vt voluit gl.in l.ciues,C.de incol.lib.10. vbi notant Bar.Ang.& Io.de Plat.Bar.in l.fi.§.item reſcripſerunt,vet.quæro vtrum vxor.ff.ad municip.Bal.in conſ.139.col.2.verſ.2. eſt conſiderandum,vol.5.vbi infert,quòd cõprehenditur Statuto loquẽte de ciuibus, vel de his, qui ſunt alicuius Ciuitatis.Fulgoſ.in conſ.92. nu.2.poſt medium,vbi,quod gaudent domicilio,& ciues ſunt.Imola in conſ.73.col. fin. idem probarunt Ioan.de Plat.Roman.Caſtren.Ang.Aret.Corn. Socin.& alij,apud Tiraq.in dict.l.1.nu.29.parte prima, nu.29.Phanuc.in tract.dot.glo.6.nu.5.Theſaur.deciſ.Pedem.23. nu.9. ſicuti igitur maritus erat ciuis Mantuanus,ita & vxor; ſiue ſit ciuis naturalis,ſiue ex priuilegio:nam priuilegium alicui conceſſum cõpetit etiã eius vxo- 15 ri,† l.fœminæ,ff.de Senator.l.cum te, & l.fina. C.de nupt. Tiraq. de legib. connub.l.1.gloſ.1. par.1.nu.18.glo.in cap.eos,qui,32.diſtin.etiam ſi agatur de priuilegio perſonali, l.eos qui, C. de fabricenſ. lib.11. quem textum dicit ſingularem Socin.in conſ.12.col.antepen.vol.1. Tiraq. qui pluribus exornat in dicto tract.gl.2.nu.53. & multis ſeqq. vbi infert ad priuilegium ne poſſit torqueri, & de vindicanda iniuria.

Fortius vxori communicatur à iure domicilium originis,quod competit viro, & vxor reputatur eiuſdẽ eſſe originis cuius eſt vir ſuus, 16 † vt voluit gloſ.in l.origine, C.de municip.& origin.lib.10.& eam ſequitur Bart.in d.§.item reſcripſerunt.Signo.in conſil.166.col.7. verſi. præterea mulier originaria, & per eam dixit Bald in rubr.ff. ſoluto matrimon. poſt princip. quòd mulier unitur marito tamquam principaliori,mutatque forum originis, & dicit idem Bald.in conſil.456.columna ultima,uer.præterea, quia iſta, uolum.primo, quòd origo uiri dat ius nouæ originis uxori, & in conſil.459. columna ſecunda, uerſ.quæritur quid iuris,uolum.quarto, inquit, quòd nuptiæ habent uim originis,& in conſi.100. poſt princ.lib.quinto, dicit,quòd ea eſt matrimonij natura, ut tranſfundat originẽ uxoris in originem uiri, idque ex virtute unionis.Abb.in conſ.100.in fine,uolumine ſecundo.Ioan.de Platea in dict.l.origine.Roman.in l.ſi conuenerit,colum. fin.ff.de iuriſdict.omnium iudicum Martin.Socin.Corneus,Iaſ.Bartol.Socin.& Campeg. quos omnes citat,& ſequitur Tiraquel.dicta l.prima, Gloſ. prima,parte prima,nume.30. ubi agit de laudibus dictæ Gloſſæ,Burſat.in conſilio 270.numero vigeſimoſecundo, vbi addit Alexand.Caccialup. Dec.Alciat. Cephal.& Riminald.idem tenentes, Socin.in dict.l. cùm quædam puella numero tertio, ubi dicit, euenire hoc ex ui unionis,quia unitorum idem eſt iudicum, & potentius trahit ad ſe minus dignum, & nulla maior eſt unio, quàm inter coniuges, & multa alia recenſet,quæ mutuatus eſt à Baldo in locis ſupra relatis, & addit ex Cyno, & Baldo, Saliceto, & Caſtren. in l.ſecunda, C.de iuriſdictione omnium iudic. quòd mulier nupta non

ſolum

ſolum perdit originem propriam, ſed ēt paternam, & auitam, & ꝙ acquirat originem mariti voluit ēt Cagnol. in d.l.cū quædam puella, nu. 3. verſic.magna eſt. Phanuc. de dote, glo.nona, nu. 5. vbi dicit, qd locus originis mariti efficitur per matrimonium cōis quoq; ciuitas vxori, Lancellot. Gall. in conſi.Alex.in præfatio.octaua,nu. 20. dicens, ꝙ vxor ſortitur originarium quoque mariti domicilium Teſſaur.deciſio.Pedemont.123.nu.9. igitur tamquam ciuis, & originaria Mantuæ non prohibetur acquirere.

Hinc eſt, quòd Statuta,quæ ligant virum in-
17 cludunt etiam vxorem,quamuis † forenſem.l. exigere dotem,ff. de iudic.d.l.cum quędā puella, vbi Socin.notat, num.3. & ante eum Bald.in conſi.489.nu.4.verſi.breuiter,ſi ſecundum vol. 4.& dicit idem Bal.in l.ſi. vxorem,in principio, C.de condit.inſer.ꝙ vxor tenetur obedire legibus,& Statutis mariti,& dixit Imol. in conſ.73. nu.8.quòd mulier,quamuis forenſis ligatur Statuto loci vbi eſt nupta, Barbat. in conſ.4.col.1. vol.2. quæ concluſio ab omnibus firmatur in ea quæſtione an vxor in dote reſtituenda ſubijciatur Statuto viri etiāſi forenſis ſit, Bart.Bal.Ang. Caſtr.Curt.iunior,Cagnol.& alij oēs,in l. exigere dotem, ff. de iudic. Roland. de lucro dotis, quæſtio.decimatertia, per totā vbi allegat multos.Phanuc.d.gl.9.num.1.& ſequen. Lancellot. Gall.loco prædicto,in ver.vxori,q.2.nu.7. Teſſaur.d. deciſ.123.nu.10.vbi addit Grat.& alios Carpan.ad Statut.Mediolanenſ. cap.454.nu.5. vbi dicit, ꝙ vxor forenſis ſubijcitur in totum legibus,& Statutis mariti. vnde Corn.in conſ.111 in principio, vol.3. vult, ꝙ Statutum prohibens ciuem alienare includat vxorem forēſem, quia dicitur, ciuis propter originem mariti; licet in ſuo caſu ob alia fundamenta cōtrarium teneat. Et per rationes prædictas Socin. in conſi. 81. in principio. vol.3. concludit Mantuanum Statutum prohibens legatum annuū relinqui forenſi non includere vxorem alicuius ciuis, quia non eſt forenſis, ſed ciuis, ex quo Ciui Mantuano
18 iuncta eſt, † Plot.in conſi.19.nu.77.78.& 116. Bertazol.in conſi.ciuil.11.nu.4. in conſi.24.nu. 55. & cum Soci. in loco prædicto tranſit etiam Teſſaur.d.deciſ.123. nu.10. & facit ratio, quia capacitas viri porrigitur ad vxorem, ita ꝙ ipſa quoq; capax eſt cuiuſcunq; relicti, vt ꝓbat tex. vbi Bald. notat in l.3.C. de natur.lib.intantum quòd etſi vxor ſit ſolum naturalis, ſi tamen nubat viro, qui ſit legitimus, & naturalis,efficitur
19 & ipſa legitima † ſecundum Angel. Aret. in §. quod verò, in fine.in authent.quib.mod.natur. effic.ſui,quod pro ſingulari ponit Marſil.ſingu. 501. & Tiraquel. de nobilit. capit. 18.numero ſecundo, vnde vxori, ſicuti viro Mantuano relinqui poterit.

Et prædictis non repugnat, quòd priuilegiū ſit perſonale,& ideò non egrediatur perſonam. quia reſpondeo, quòd dum communicatur vxori non egreditur perſonam, nec tranſit ad aliam perſonam, quia ratione vnitatis vir, & v-
20 xor reputantur eadem perſona, † vt dixit Bal. & poſt eum Socin.in dicta l.cùm quædam puella, numero tertio,Tiraquel.d.l.prima,parte prima,gloſ. prima.numero 30. hic enim eſt vnitatis effectus, quia ſunt duo in carne vna, vt dixi, & ponit Grat. in conſilio 113.numero nono,in ſecundo volum. & per hoc non mutatur veritas, & ſubſtantia naturalis, ſed id fit per iuris virtutem quantum ſit inſpecto effectu,vt inquit Bald.quem ſequitur Tiraquell. ibi,num.30.

Ideò, quamuis domicilium originis propria voluntate, & renunciatione mutari non poſſit, vt in contrario dictum eſt, tamen fallit in vxore propter virtutem vnionis,quia in ea tolli-
21 tur ferè quoad omnia,† ita dicunt,gloſ. Barto. Bald.Angel.Caſtr. Alexand.& alij,in l.cum quædam puella, vbi Socin. numero ſecundo, hanc ponit limitationem, ff. ſi certum petatur. Cagnol.numero tertio,verſic.magna eſt,& id operatur non ſola mulieris voluntas, ſed matrimonij vis iuncta legis diſpoſitioni.

Non reſiſtit, quòd vxor non efficiatur verè, & propriè ciuis, nec mariti originem verè, & propriè aſſumat, quia contrarium verius eſt: nam inducitur vnio ex iure diuino, per quod efficitur vna caro, & vna ſubſtantia cum marito: ius autem diuinum, hoc operatur per veritatem, non per fictionem, ideo eſt verè, & pro-
22 priè ciuis, & originaria, † vt formaliter inquit Bald. in conſilio 100. in principio, volum. 5. & in conſilio 139. in fine, eodem volum.vbi quòd eſt verè,& propriè ciuis, & quod includitur Statuto loquente,de ciue.Tiraquel.dicto nume.30. Phanu.d.gl.9.n.6. vbi quòd eſt propriè, & verè naturalis, & originaria, & ſubdit poſt Curt. iun. quod vxores, ciuiū non poſſunt dici forenſes, ſed veniunt ſub nomine ciuiū ēt in ſtatutū,ſequitur Lancel.Gall.d.tract.ꝑfat.8.nu.20. Corn. in conſ.111. in prin.vol.3.Cagno.d.l. cū quædā puella.nu.11. Teſſaur. deciſ. Pede.123. nu.9. & 12. vbi ita reſpondet ad argumentum factum in contrarium, quòd ſtatuti verba ſint propriè intelligenda, & ante eos ita reſoluit Bal.d.conſ.139.volum.quinto, poſtquam ſupra in princ. latè dixerat, quòd Statutum non includit, ciuem fictum, vel improprium, ſed vbi

etiam diceremus vxorem ſictè, ciuem dici, vel effici,non tñ minus, ſtatutum comprehenderetur,qm̃, ſtatutum diſponens de caſu vero, locũ
23 habet in ficto,qui æquiparetur vero,† ita gl.in cap. ſuſceptum,de reſcrip.in 6.Gemin.in c.fi.in princip.col.pen. verſi: ſi verò eſt contra ius, de conſuetud.in 6. Tiraqu.de legib. connub. gl.7. nu.48.Iaſ.in l.1.§. item acquirimus,nu.12.ff.de acquir.poſſ.Brun. de ſtatut. excluſ.fœmin.art.8. nu. 102.multos alios allegat Carpan.in prælud. ad Statu. Mediola. nu. 421. ſic ẽt qñ eadem eſt rõ in caſu ficto,quæ in vero,Statutum locum ha
24 bet in ficto , ſicut in vero.† Doctores in §. & quid ſi tm̃,Crau.conſ.428.nu.17.& paſſim Doctores,& videmus,ꝙ officiales in loco, vbi officium exercent efficiuntur ciues,& gaudent be-
25 neficio Statutorum illius loci.† Bar.in l.municipes,§.fin.ad muncip. in l.ciues vbi Io.de Plat. C.de incol.lib.10. Barb.in c. Rodulphus,num. 136.de reſcrip.Ang.Roma. Ancha. Caccialup. Soc.Par.de Pu1.Brun. & Boer.quos oẽs citat, & ſequitur Lancell.de conſuet.Alex. in ver.maritus,q.6.nu.1.addo qd hoc ciuilitatis nomen eſt
26 nomen iuris. † Bar.& alij,in d.l.ciues,iõ includit verè & propriè illos oẽs,quibus ius hoc nomen tribuit, præterea ciuis dicitur q particeps eſt publicæ poteſtatis, Bar. & Imol.in l.quidam cum filium.ff. de verb.obligat.cui aũt conuenit definitio dicitur propriè, ciuis.l. quis ſit fugitiuus,§.erroneum,& ibi notatur,ff.de ædil.edict. Decian.qui ita arguit alios allegãdo in conſ.44. nu.9.& 10.vol.4.& ciuilitas,quia eſt nomen iuris includit magis propriè illum, qui factus eſt ciuis à iure q̃ à natura, vt probat Cephal.in cõſ. 451.num.16.& ſeq.præcipuè,num. decimonono. vxor autem,ciuis fit iuris diſpoſitione;ergo. Statuto loquente de ciue includitur propriè.

Et quod determinauit Senatus de vxore dũ viuit maritus idem probaui in vidua,quæ poſt mortẽ mariti vidualiter viuit, vt ſcilicet habeatur pro ciue, & capax ſit cuiuſcunque relicti, & acquiſitionis non minus q̃ eſſet vir eius, ſi viue-
27 ret : ea.n.dicitur eſſe in primo matrimonio,†l. fi.C.de bon.mater.& in ſeruitio viri. Bald. in l. diuortio,in princip.col.3.ff ſolut.matrim.& eſt imago mortui viri,ſm̃ Bald.in l. pignoris, in fi. C.de pignor. actio. & retinet nomen,& familiã mariti,l.quicunque,vbi Bart.& alij,C.de re milit.lib.12.Doctores,in l.cũ quædam puella,ff.de iuriſdict.omn.iud.& durat in ea ciuilitas,& domicilium mariti.Bart. & Fulg.in l.fi.C.de verb. ſignifi. Bal. in l.cum re,C. de nupt.Ang.in conſ. 34.col.1. Tiraq.d. cap.18.nume.6. & quamdiu vidua eſt, viuit lege mariti. Bald.in l. voluntas, poſt princip. C. de fideicom. & dicit Caſtr. in conſ.147.col.1.vol.2. ꝙ vidua gaudet priuilegio prioris matrimonij,& non ſolum fauorabilibus, ſed ẽt odioſis priuilegijs mariti fruitur,l. fi.in princip.vbi Bar.notat,C.de priuileg.ſcholar.lib.12.cũ multis apud Tiraq.d.c.18.nu.8.& dixit Guid.Pap.in conſ.217.ꝙ vidua retinet dignitatem,priuilegia,honorẽ,& conditionẽ maritalem. Lupus in rubr.de donat.inter vir. & vxor.§.31.col.fi. Tiraquel.loco citato,n.5.& coruſcat radijs mariti,l.fœmina,ff.de Senator.Bened.in c.Rainutius.in verſi. duas habens filias, nu.119.circa fin.de teſtam.vbi infert,ꝙ Regina retinet nomẽ dignitatis poſt mortem Regis , & prædicta encomia proſequitur Roland.in conſ. 14.nu.46.& ſeq. & in conſ.15.nu.7.& ſeq. vol. 3.vbi infert ad materiam auth.Præterea,C.vnde vir,& vxor.& ꝙ vidua retineat forum originis non minus q̃ ſi eſſet adhuc in matrimonio,
28 volunt oẽs Doctores † in d.l. cum quædã puella,ff.de iuriſd.omn.iud. vbi Ang.limitat,ſolum qñ viuit luxurioſè. idem tenuit Alexan.num.9. verſ.quid in vidua,præcipuè qñ eſt viduæ fauorabile illum retinere;quamuis aliud ſit qñ eſſet ſibi odioſum,ſm̃ Alex.ibi Socin.nu.3. in fi.verſ. ſed ẽt poſtquam,vbi adducit textum ſingularẽ, in l.quoties,vbi Bart.C.de priuileg.ſcholar.lib. 12.vbi priuilegium conceſſum alicui,& ſuis deſcendentibus,extenditur ẽt ad viduas,dum ſeruant viduitatem.Iaſ.nu.1.ver.3.amplia,vbi infert,quod ẽt retinet ius ſepulturæ,qd.competebat marito,c.vnaquæque mulier,13,q,2.vbi gl. hoc dicit expreſsè, qd ſepeliri põt in ſepulcro vltimi viri.hoc ẽt probauit Dec.in d.l.quedam puella,num.11.& multis ſequentibus,vbi refert aliam limitationem poſitam à Caſtr.qñ ſcilicet vidua diſcederet à domicilio mariti, & rediret in patriam; de quo tradit Corne. d.conſil.111. colum.2.volum.3.& Soc. in d.l. cùm quædam, num. 10. cum prædicta principali concluſione tranſit quoque Cagnol.d.l.cùm quædam, num. 5.ver.tertia ampliatio,vbi limitat duobus prædictis modis, quando ſcilicet luxurioſè viuit, & quando deſeruit domicilium mariti, ſed in hoc conueniunt ibi omnes Doctores, quòd dicta in vxore reſpectu ciuilitatis,& originis,procedant etiam in vidua,fortius dixit Io.Mar.Riminald.in conſi.167.num. quinto,quòd ſub ſtatuto loquente de muliere exiſtente in matrimonio, includitur vidua, & quòd gaudeat priuilegijs mariti, ponit Boer.deciſ.338.nu.12, Crauſ. in conſ.753,num.16.Cephal.in conſ.526.num. 48.dixi in conſil.1[illegible]0. num. 69. & repetit Lancel. Gall. in conſuet. Alex.in ver. ſolidos, quæ-

ſtio.

ſtio.ſexta, num.83. Mazol.in conſil. 110.numero ſexto & trigeſimoprimo. vbi dicit, quod vidua retinet priuilegia viri etiamſi alium ad locum tranſiuerit, ſi tamen id fecit expulſa,
29 & aliundè non habens vnde viuat. † Decian. conſilio trigeſimo tertio, numero nono, volumine primo. vbi propriè vult poſt alios, quos refert, quòd vidua Statuto comprehendatur, quia retinet originem mariti. Bertazol. d. conſil.ciuili vndecimo,num.trigeſimoquarto,cùm igitur de vidua quoad forum, & priuilegia ſibi competentia, idem iudicetur quod de nupta, & veriſſima ſit concluſio, quòd vxor ſui viri aſſumit ciuitatem originalem, & omne priuilegium infertur,quòd vidua dicitur ciuis,& originaria loci, vbi maritus habebat domicilium originis, & ciuilitatem, & conſequenter non obſtante, quòd propria origine inſpecta ſit forenſis, poterit acquirere quouis titulo; nec repugnabit Statutum quantumuis vtatur ampliſſimis verbis, atque ita fuit in Senatu ſeruatum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuticus contractus ad ſui probationẽ non requirit ſcripturam.*
2 *Teſtium, & inſtrumentorum par eſt virtus.*
3 *Scriptura non requiritur ad ſubſtantiam, vel probationem actus, niſi in caſibus à iure expreſſis.*
4 *Probationum facultas eſt amplianda non anguſtanda.*
5 *Feudi conceſſio ſine ſcriptura fieri, & probari poteſt.*
6 *Feudum conſtitui poteſt ſine inueſtitura.*
7 *Argumentum à feudo ad emphyteuſim valet.*
8 *Scriptura non eſt neceſſaria in feudo.*
9 *Pro regula in dubio eſt iudicandum.*
20 *Solemnitatẽ non interueniſſe non probat ſola actorũ inſpectio, quando talis eſt ſolẽnitas, quæ potuit ante, vel poſt actum fuiſſe adhibita.*

21 *Conſuetudo, & obſeruantia nõ eget probatione.*

22 *Conſuetudinem allegare ſufficit poſt concluſionem in cauſa.*

23 *Iudex poteſt ſe ex officio informare de veritate, & exiſtentia conſuetudinis parte etiam abſente, & non citata.*

ARGVMENTVM.

De Curatore auctoritatem ſuam feſtinanter impertiente circa alienationem, vel alium grauem actum minoris, vbi plura de feſtinatione.

DECISIO CCCXXXIV.

DOCTORES habent pro abſoluto, quòd auctoritas curatoris adhibita circa alienationem, vel grauẽ alium actum minoris habeatur pro nulla, ſi præcipitanter interuenit, puta, quia curator ſtatim cum datus fuit deuenit ad contractum alienationis, quia curator non debet actui ſuam impartiri authoritatem, niſi videat eum eſſe vtilem minori, iurat enim vtilia facere, & prætermittere inutilia; hæc aũt cognitio haberi non poteſt, niſi cum tempore, per quam rationem ita dixit in propoſito Anchar. in conſ. 83. Viſis diligenter actis, nu. 2. ver. ſuper quo aduertendum, vbi idem inquit de Iu-
1 dicis decreto † feſtinanter ſuper contractu interpoſito, quia tamquam nulla præceſſerit cauſæ cognitio habetur pro nullo, ex quo in tempore tam breui non potuit cauſæ cognitio interuenire, Caſtr. in cõſ. 38. nu. 2. vol. 2. vbi, ait quod requiritur temporis interuallum, nec cauſæ cognitio poteſt eo ſolo tẽporis momento haberi quo fit inſtrumentum. Alex. in conſ. 163. in fi. in 5. vol. vbi dicit, quod etſi tutor non ſeruatis omnibus ſolemnitatibus expedire poſſit ea, quæ dilationem non recipiunt, tñ non põt ea, quæ requirunt cauſæ cognitionem momento tẽporis abſoluere, præſertim vbi agitur de re graui, & magni ponderis, Cuman. in conſ. 180. nu. 3. vbi loquendo de Iudicis decreto inquit eſſe nullum, quã ex breuitate temporis conſtat, quòd non potuit interuenire cauſæ cognitio, Barbat. in cõſ. 1. nu. 32. verſ. quinimò plus dico, vol. 1. vbi ſequitur Anchar. in loco præcitato, & infert, quod in arduo negotio votũ præcipitanter emiſſum eſt nullum, & non obligat vouentem, prædictã doctrinam Anchar. ſequitur etiam Iaſ. in conſ. 21. nu. 5. vol. 1, Fely. in cap. eccleſia Sanctæ Mariæ, nu. 10. verſ. 11. pro hac parte, de cõſtitutio. vbi ad hoc allegat multos alios, & ibi ante, & poſt infinitis ſimilibus probat nimiã feſtinantiam, & temporis breuitatẽ annullare actum illumque ſuſpectum reddere, Ruin. pulchrè in conſ. 107. nu. 13. vol. 1. vbi dicit, quod ſi curator eò ipſo tempore, quo fuit decretus, deuenit ad
2 contractum pro minore, actus eſt nullus, † quia in tã breui tẽporis curriculo non potuit ſe informare, an expediret minori eũ actum facere, nec de ſua informatione Iudicem reddere certiorem. Marſil. in rub. ff. de fideiuſſor. num. 78. qui nu. 74. & multis alijs ſequentibus cõprobat ſimilib. deciſionibus Dec. in conſ. 403. nu. 19. vbi ex breuitate tẽporis infert non fuiſſe adhibitã
3 cauſæ cognitionem, † multos allegat Pariſ. in cõnſ. 98. nu. 18. vol. 1. dicens, quod ſi eodem die, eadem hora, & inſtanti, omnia fuerunt geſta, nõ potuit debita cognitio adhiberi, & ampliat etiam ſi Notarius atteſtetur debitam cauſæ cognitionẽ interueniſſe, quia cum breuitas temporis repugnet, eius atteſtationi non ſtatur. Alcia. reg. 3. præſump. 10. nu. 8. vbi Arelaten. in addition. citat concordantes Catelian. Cotta in memor. in cip. decretum cõtinens, uerſ. & elegãter. Neuizan. in conſ. 85. nu. 4. ubi alios addit. Bertran. in conſ. 90. nu. 1. uol. 2. ubi ait perinde eſſe, ac ſi decretum nõ interueniſſet, quãdo cõſtat ex breuitate temporis cauſæ cognitionem interuenire non potuiſſe, quia paria ſunt non interueniſſe, uel inutiliter interueniſſe. Roland. qui multos allegat in conſilio 99. nume. 26. uolumin. primo, ubi refert Barbat. in d. cap. eccleſiæ Sanctæ Mariæ, dicentem ſe multoties in facti contin-

gentia hæc allegaſſe ad deſtruendum actus, in
quibus Iudices vno, & eodẽ tempore ponũt ſe
in banco, & interponunt decretum, aſſerentes
ſe id facere præuia cauſæ cognitione; nã actus
redditur nullus, & de cauſæ cognitione nõ cre
ditur Iudici atteſtanti. Bertrand. in conſ. 113. n.
4. vol. 1. ver. ad præmiſſa facit Duennas regul.
186. in prima ampliat. & Anchar. deciſionẽ di-
cit ſingularẽ Butigel. in l. ſciendum, nu. 36. ff. de
verbor. oblig. Benint. Deciſ. Bonon. 2. nu. 5. vbi
dicit, qđ ſi iudex patitur tutorẽ, ſeu curatorem
dari, & ſtatim actum expediri, contractus erit
nullus, & dicit hoc ẽt voluiſſe Socin. iun. in cõ-
ſil. per eũ allegato, Maſcard. in tract. de probat.
concluſ. 486. nu. 9. Menoch. de præſumpt. lib. 2.
præſumpt. 75. nu. 25. Beccius ad Iaſ. in d. cõſ. 21.
nu. 5. vbi addit. Crau. Gabriel. & alios Caualcã.
de tutor. & curatorib. nu. 128. vbi admonet iu-
dices, vt animaduertant, ne qñ partes eũ adeũt,
decernat eodẽ tempore curatorẽ, & interponũt
decretũ, quia eiuſmodi feſtinantia annullat a-
ctum, & inuehit contra iudices, qui hoc nõ ſer-
uant; idem voluit Riminal. in conſ. 247. nu. 45.
idem placuit Gabriel. in conſ. 21. nu. 31. vbi alle
gat Iaſ. Socin. Dec. Claud. & alios, & loquitur,
qñ eodem tẽpore facta fuit ſupplicatio, & per
ſuperiorem interpoſitum decretum. latiſſimè
Eugen. Peruſ. in conſ. 12. nu. 11. vbi, quando ſta
tim dato curatore mulier renunciat, & loqui-
tur etiam ſi iuramentũ interuenit, prout faciũt
multi ex ſupracitatis, & nu. 15. vult, ꝙ procedat
etiam in extraiudicialibus, in quibus licet cau-
ſæ cognitio præſumatur, fallit tñ data temporis
breuitate. Decia. in conſ. 38. nu. 47. vol. 1. Mar-
cobrun. in conſ. 46. nu. 20. ubi multos allegat,
ſubdens cautelam eſſe, quòd de cauſæ cognitio
ne fiat inſtrumentum ſeparatum, & loquitur qñ
lato laudo ſtatim fuit curator, & ſequuta ratifi-
catio, atque interpoſitum decretum, & vult, ꝙ
tali caſu omnia ſint nulla, & actus non magis
valeat, quàm ſi minor actum feciſſet ſine cura-
tore, & iudicis decreto. Marius Anguiſol. in cõ
ſil. 101. nu. 11. verſ. 2. poſito, vbi dicit breuitatẽ
temporis ſatis demonſtrare, ꝙ non interueuit
debita cauſę cognitio, allegat Ang. Aret. & Ale.
Cell. Hugo. conſ. 22. nu. 21. vbi inquit decretũ
dici præcipitanter impoſitum, qñ ſtatim facta
petitione iudex approbat actum. & nouiſſimè
amplectitur Lancello. Gallia, in conſ. 34. nu. 38.
vbi verba facit de decreto interpoſito ſuper do
natione magni valoris facta à minore, breuitas
enim tẽporis excludit cauſæ cognitionem, quia
impoſſibile eſt, qđ curator momento temporis
potuerit negotiũ diligenter examinare, & infe-
runt Doctores ad ſniam, quæ eſt nulla ſi tã mo-
dicam interuallum temporis præceſſit, qđ non
4 potuit iudex partium iura diſcutere, † l. prola-
tã vbi Doct. omnes, C. de ſentẽt. ideo Geminiã.
in c. ponderet, diſtinct. 50. inuehitur contra iu-
dices, quibus de mane datur proceſſus, & in ſe-
ro ferunt ſniam, & concludit eſſe nullam tanq̃
præcipitanter latam, & Butr. in c. ſi pro debili-
tate, de offic. deleg. dicit idẽ eſſe in conſultore,
qui ſi ſtatim accepto proceſſu præbeat conſiliũ,
5 erit ipſo iure nullũ. † ſequitur Alex. ad Bar. in d.
l. prolatam, vbi Iacob. Butr. ampliat idẽ eſſe in
laudo, ꝙ præcipitanter latum, eſt nullũ, id ꝙ lo-
cum habet ẽt ſi laudum ſit iuſtũ, & bene latum,
ſecundum Bart. in l. is apud quem, colum. 1. C.
de edend. Barbat. in c. ſuper quæſtionum, §. in-
tentionis, in quarta columna, de offic. delegati.

Hæc & ſi vera in iure exiſtimauerit Senatus,
tamen in cauſa agitata inter Dominam Marga
ritam Serignam vxorem Domini Leonelli de
Georgijs Cauſidici, & Magnificum Dominum
Carolum Agnellum, & rurſus in cauſa vertẽte
inter Dominos fratres de Bonacolſis, & Domi
nos fratres Sanmarcos; & ſæpè in alijs multis
cauſis tenuit eã temporis breuitatem actũ non
lędere, ſed ea non obſtante ſuſtineri cõtractus,
ſic, vt ſupra celebratos, niſi alia concurrãt, quæ
aliundè nullitatem cauſent, eſt enim hac in pa-
tria cõis ſtylus, practica, & obſeruantia. quòd
ubi contractus fieri debent cum minore, accer-
ſitur futurus curator, qui exactè negotium exã-
minat, an minori ſit vtile, aut dãnoſum, vbi ve-
rò cognſcit ferre minori vtilitatem, adeunt Cla
riſſimũ Collegij Iuriſconſultorũ Priorem, atq;
eum de omnibus negotij circumſtantijs inſtru-
unt, qui ſi omnibus rectè penſatis videat cõtra-
ctum cedere in vtilitatẽ minoris, conuocat par
tes, eodẽ poſtea temporis tractu curatorẽ dat,
& celebrato actu decretũ ſuum interponit, &
vidi ego hunc ſtylũ, ſeu ordinẽ ſeruari in grauiſ
ſimis quoque negocijs, in quibus maxima inter
uenit cauſæ cognitio, & ſubtiliſſimum omnium
circumſtantiarũ examen, quamuis autem multi
voluerint, qđ de cauſæ cognitione acta conficiã
tur, ita, quòd in futurũ apparere poſſit, quę fue-
rint conſiderata in illius expeditione, vt videri
poteſt apud multos ex ſupra allegatis, tamen id
6 de conſuetudine nõ ſeruatur; † vt teſtatur Al-
ber. in l. actus, C. de ferijs, vbi eum ſequitur Ca-
ſtr. in fi. Marcobru. in conſ. 46. num. 21. vbi in-
fert requiri, quod minor ſit læſus. Caſtr. d. conſi
lio 38. in fi. vol. 2. Pute. deciſ. 364. num. 2. lib. 1.
Gabriel. conſil. 127. nume. 30. vol. primo, & ſi-
cuti decretum facit præſumi omnia ſolemniter

acta fuiſſe, quia præſumitur iuſta de cā interpo-
7 ſitum,† Specul.in tit.de emptio.& vend.§.nunc
dicendum,nu.5.ver.& breuiter ſcias, Bald.in l.
quæcunq; de publica.Ang.in l.ſciendū,vbi Alc.
nu.26.ff. de verb. oblig.Maſcard.de probation.
d.concluſ.486.num.2.& ſeq.Menoč.lib.2.præ
ſumpt.75.in princ.ex quo factum quid præſu-
8 mitur eo modo quo de iure fieri dēt,† l.ſi duo,
vbi Bal.C.de acquir.hęred.Crau.in conſ.97.nu.
8.dixi latè in conſ. 198.nu.14.ita dēt pro decre
to hoc caſu præſumi, non obſtante tēporis bre-
uitate, quia factū id præſumi dēt eo modo quo
de iure fieri conſueuit, vt in contractib.probat
tex.in l.qđ ſi nolit,§.quia aſſidua,ff.de ædil.edict.
l.ſemper in ſtipulationibus,ff.de reg.iur.gl.In l.
ſi fundus,§.in commiſſoria,ff.de leg.commiſſo.
infinitos allegat Anto.Gabr.com.opin.lib.6.tit.
de conſuetu.concluſ.1.per totum,vbi infert ad
multas deciſiones, dicens,ꝙ contraxiſſe viden-
tur partes ſm̄ morem.& conſuetudinem vigen-
9 tem.† Dec.nu.7.in d.l.ſemper,vbi Cagn.nu.5.
Natta in conſ.195.nu.3,Cephal. conſ.328.nu.
43.Burſat.conſ.256.nu.14.Becius,in conſ.101.
nu.48.Cardin.Mantica de coniectur.vltim.vo-
lunt.lib.6.tit.8.nu.6.& ſeq.Cardin.Mant.lib.1.
interpret.ſecunda dubit.ſecūda,ſolut.noua.nu.
10 1.& ſeq.conſuetudo vim habet † legis,c. con-
ſuetudo,in princip.& ſi. diſtinct.1.l. de quibus,
vbi Doctores,ff.de legib. vbi dicūt à lege differ-
re tanq̄ tacitum ab expreſſo, & maior eſt con-
ſuetudinis,q̄ Romanæ legis authoritas, vt pro-
bat latè Conan.in commēt.iur.ciuil.lib.1.c.10.
ſequitur Hyppolit. Riminal.conſ.51.nu.3.& ꝙ
conſuetudo præualeat iuri poſitiuo Doctores,
d.l.de quibus,Bald.in c.Imperialem,§.præterea
ducatus,nu.3.de prohib. feud.alien. per Feder.
vbi inquit nullum eſſe ius poſitiuum,ꝙ conſue-
tudine tolli non poſſit. idem Bal.in l.quicunq;
C.de ſeru.fugitiu.ait ꝙ cōſuetudo dicitur actus
practicus obſeruandus ad vnguem,& conſuetū
eſt neceſſarium,non arbitrarium,& conſuetudo
tollit legem,facitq; de prohibito permiſſum,&
11 è contra.† Lucas de Pen. in l. miſſi opinatores,
col.2.& 3.C.de exacto. trib.lib.10.Crau.in cōſ.
238.nu.6.& valet conſuetudo contra ſtatuta ec-
cleſiæ, c. oēs, vbi Doctores, de conſtit. & hanc
concluſionem, ꝙ conſuetudo magis attendatur
q̄ ius poſitiuum exornat Roch. de Curt.in tra-
ctat.de conſuetud.ſuper c. cum tanto, in prima
ſection.nu.9,vbi num.15. ampliat, & infert ad
multas deciſiones, & qđ ſtatuto fieri pōt, idem
12 conſuetudine,† ſuſtinerut Socin.iun.in conſil.
65.nu.29.vol.1.latè hoc probat Lancell.Gallia.
in conſuetu. Alex. præfation.4.num.10.& ſeq.
& conſuetudo poteſt approbare, vel reprobare
13 contractum,† Bal. in ſua Margar.verſic.contra
ctus,col.2.ver. contractus aliqui. Tiraquell. de
retractu conuention.in fi.nu.129.cum igitur in
ualuerit hęc conſuetudo,ꝙ ante datam tutelam
futurus curator ſe informet,& Iudex id nouerit
debet actus ſuſtineri,ac ſi cauſæ cognitio adhi-
bita fuiſſet poſt datum curatorem, ex quo con-
ſuetudo tollit legem contrariam. Accedat, qđ
non refert quid fiat ex æquipollentibus, l.3.C.
de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fact. l. mulier, in
princ.ff.ad Trebel.l.Gallus,§.& quid ſi tm̄,ff.de
lib.& poſthu. & idem eſt æquipollentium indi-
14 cium,l.fi. † in fin.ff.mand.l. fideicommiſſa,§.ſi
cui,ff.de leg.3.c.licet ex quadam,ff.de teſtib.la-
tè Euerard.loco 55.col.1. Et nihil intereſt,ꝙ cu
rator ſe informet ante ſuſceptam curā,vel poſt:
militat enim vtroq; caſu eadem ratio, & à lege
ſolum exigitur, ꝙ non contrahat curator, niſi
negotio diligenter perſpecto,an ſit vtile mino-
ri,vel damnoſum, vnde ſi ante curat id probè,
ponit eſſe vtile minori ſatis legi facit non.n.cu-
15 ramus de modo,ſi tn̄ idem ſequatur effectus, †
d.l.3.C.de inſtit.& ſubſtit.l.1.§. hæc aūt verba,
ff.qđ quiſq; iur.c. certum,de reg.iur.in ſexto,&
quoad effectum non intereſt,ꝙ curator ante iu-
re dationē ſe informauerit,uel poſt eam datam.
Et in propoſito dixit Imol. in conſ. 98.num.
duodecimo.quòd decretum à Iudice interpoſi-
tum eadem die,& hora,qua facta fuit à minore
alienatio, non dicitur nullum propter breuita-
tem temporis, quia potuit ſe informaſſe ante-
16 quam eſſet facta alienatio, ſequitur Gabriel. †
conſilio 123.num.duodecimo, volum. primo,
vbi dicit,quod Iudex ante decreti interpoſitio-
nem poteſt, & ſolet ſe informare de neceſſarijs
ad contractum, antequam contractus ipſe cele-
bretur, & ideo non eſt curandum de eo, quod
dici ſolet breuitatem temporis annullare con-
tractum, ſeu decretum, & Alexand. in conſi-
lio octuageſimo, nume.6. uer. quia nego quod
tempore,uolum.quinto.ubi dicit non poſſe af-
firmari, quòd cauſæ cognitio non interuenerit
eo quòd non appareat de ea,non potuit tempo-
re contractus interuenire.Purpu.in rub.ff.de of-
fic.aſſeſſ.nume.134. ubi dicit, quòd nimia feſti-
nantia annullat decretum, niſi talis eſſet cauſæ
cognitio, quæ incōtinēti poſſit adhiberi Duen.
in reg.186.in prima ampliat.uer.quam amplia-
tionem Anchar.Moder.famil.quæſtio.16.num.
15.in quibus locis per hanc rationem ſuſtinent
interpoſitionem decreti præcipitanter factam.
idem etiam uoluit Ruin. in conſil.90.numero
duodecimo,uerſicu.nec ſecundum eum, uol.5.

vbi ex breuitate temporis nõ infertur, quòd co gnitio cauſæ fuerit omiſſa, ex quo potuit præce dere, id ꝙ ſecundum eum multo magis procedit, qñ cum ipſo Iudice cõueniunt propinqui, eorum enim interuentus facit magis præſumi pro iudicis decreto. Maſcard. d. cõcluſ. 486. nu. 13. & in decreto incluſis nõ videtur poſſe aliq̃ difficultatem ſubeſſe facit pro hac opinione, id ꝙ voluit Soc. in conſ. 121. nu. 3. vol. 3. vbi dicit, ꝙ etſi laudum videatur nullum, qñ eſt incõtinẽ ti latum poſt compromiſſum, tamen hoc fallit, quando compromiſſum factum arbiter erat plenè informatus de tota controuerſia, & ſubdit
17 vidiſſe pluries † arbitros cognoſcere ſine compromiſſo de iuribus partium, & poſtquã negotio plenè diſcuſſo cognoſcunt rem facilè poſſe componi, tunc partes ad compromiſſum hortãtur, & ex eo facto ſtatim ſuum laudum pronunciant. Marſil. in rub. ff. de fideiuſſ. nu. 81. verſi. ꝙ tñ ego limito, vbi inquit hãc eſſe ſuam nouam limitationem, & ſe pro illius inuentione plurimum iactat, licet fuerit prius poſita à Socin. in loc præallegato, idem voluit Maſcar. d. cõcluſ. 486. nu. 14. Duenn. in d. regula 186. nu. 1. ver. 21. intellige, & in nona ampliat. in fi. nu. 9. Menoc. qui alios citat in d. tract. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 76. nu. 30. Anch. mod. d. quæſt. 16. in fin. ſed quamuis hæc deciſio adduceretur in cauſa per aliquos, mihi tñ nõ uidetur bene cõuenire facto, quia Socin. & alij loquuntur, qñ de præcedenti cauſæ cognitione conſtat, qui caſus eſt apud me indubitabilis, nam qđ pro ipſo decreto iudicandũ ſit in dubio procedit ex iuris præ
18 ſumptione, quæ cedit veritati, † vt in l. cum de indebito, ff. de probatio. Io. de Amic. in cõſ. 44. nu. 9. Becius conſ. 52. nu. 28. dixi conſ. 28. num. 110. vbi autem cauſæ cognitionem conſtat interueniſſe, iam non ſumus in dubio, ſed patet ipſa veritas, cui poſtea ſtandum eſt.

Et in terminis proprijs, qđ etſi curator authoritatem ſuam interpoſuerit ſtatim cum fuit decretus, per hoc actus non reddatur nullus, ſi ante ſuſceptam curam potuit eſſe bene inſtructus,
19 † voluit Marſil. in d. rub. ff. de fideiuſſor. nu. 86. vbi hoc modo limitat dictum Anchar. in cõtrarium allegatum, & eodem modo dicit intelligi debere, ꝙ de ſententia de laudo, & de alijs actibus dicunt Doctores; quia omnibus cõuenit eadem ratio; eſt verum, ꝙ loquitur, & ipſe, qñ apparet, quod ante curam ſuſceptam erat informatus, ſed in caſu noſtro adeſt cõſuetudo, & ſtylus ſeu obſeruantia, quòd ſemper ea informatio ſumatur ante curam decretam, quo ſtante, præſumitur id factum, ꝙ conſueuit fieri, vt ſupra dictum eſt, in princ. huius partis, & Imol. in d. conſ. 98. nu. 12. & qui eum ſequuntur, loquũtur, qñ potuit ſe informare, licet nõ conſtat, qđ fecerit; eo enim ipſo, quòd ſic eſſe potuit, tollitur nullitas, quia nõ conſtat, quòd cauſæ cognitio deficiat quando potuit interuenire, licet nõ appareat, quòd interuenerit. pro qua reſolutione facit Alex. in conſ. 219. nu. 25. vol. 6. vbi dicit, ꝙ etſi ſolemnitas nõ præſumatur ex longiſſimi temporis curſu interueniſſe, quando ex actis conſtat eam non adfuiſſe, tamen hoc non procedit, quãdo talis eſt ſolemnitas, quæ potuit ante, vel poſt actum adhibita fuiſſe, tunc enim ſola inſpectio actorum non probat eam non
20 interueniſſe, ſic † etiam apertius declarat Dec. in conſ. 341. nu. 13. ver. non obſtat, & conſ. 409. nu. 12. Rolan. in conſ. 99. nu. 33. vol. 2. Cephal. in conſ. 171. nu. 40. & conſ. 238. nume. 19. ſic in propoſito, cauſæ cognitionem non fuiſſe adhibitam non probatur ex ſola temporis breuitate reſultante ex actis, quia potuit interueniſſe antequam eſſet decretus curator; quæ ſententia, vt dixi licet per ſe nõ ſubſiſtat, quia repugnat communi opinioni in cõtrarium allegatę, procedit tamen optimè, quando vt in præſenti facto conſuetudo ſic obſeruauit, quòd futurus curator ſe informet, antequam aſſumat curam minoris, hæc nunquam obſeruantia præſumi facit id, quod ea circũſcripta nõ præſumeretur, hæc autem cõſuetudo, & obſeruantia non eget pro
21 batione, † Bald. in l. ſi fugitiui, col. 1. C. de ſeru. fug. Cur. Iun. in cõſ. 24. col. 1. Bal. in l. poſt dotẽ, ff. ſolut. matr. Dec. in conſ. 483. num. 10. & ante eos, gloſ. in l. ciues, C. de appellat. Ioã. Fabr. in § ex non ſcripto, Inſtit. de iure natu. gent. & ciuil. Roma. in conſ. 51. in princ. multos alios citat Maſcard. in tractat. probation. concluſ. 423. nume. 27. & ſeq. quinimo ſufficit, quòd allegetur eiuſmodi cõſuetudo poſt cõcluſionem in cau-
22 ſa, † Butr. in c. peruenit, de empt. & vend. Alex. in l. 1. col. 2. C. vt quæ deſ. aduo. Tiraquell. in tract. præſcriptio. §. 1. glo. 2. in ver. ſed quæſtionis eſt, & poteſt Iudex ex officio ſe informare de veritate, & exiſtentia conſuetudinis, gloſſ.
23 † in l. 1. C. qui & adu. quos, Bald. in l. ſi filiusfamilias, §. veterani, col. 2. ff. de procurato. & dicit Dec. in conſil. 402. nume. 10. quod facere id poteſt parte non citata, & abſente, & ſolam famam ſufficere. Natta in conſil. 218. num. quinto. Roland. in conſ. 53. numer. 30. vel ſecundo alios citat Maſcard. d. concluſ. 423. num. 28. & Guid. Pap. in ſing. 952. vult, quod Iudex non ſolum poſſit, ſed ẽt teneatur ex officio ſupplere, & inquirere de exiſtentia conſuetudinis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *APpellatione pẽdente nihil eſt innouandũ.*
2 *Executioni vt mittatur ſnĩa ad p̃iudiciũ alicuius tertij dẽt prius de illius iure cognoſci,*
3 *Appellatio ſuſpendit effectum ſententiæ.*
4 *Paria ſunt ſententiam non eſſe latam, vel eſſe ap pellatione ſuſpenſam.*
5 *L.is à quo,ff.de rei vendic. limitatur.*
6 *Tertius ſemper impedit executionem ſententiæ, quando actum eſt actione perſonali .*
7 *Sententia mittitur executioni mediante fideiuſ-ſione præſtanda ab eo,qui in cauſa obtinuit,quã do duo eandem non ad ſe pertinere contendũt. ſi vnus ſententiam obtinuit fauorabilem.*
8 *Agere quis non poteſt,niſi ſua interſit.*
9 *Excipere abſque intereſſe nemo poteſt .*
10 *Quod vni non nocet,& alteri prodeſt facile eſt condonnandum.*
21 *Facere cuique non conceditur quod ſibi non pro deſt,& alterum lædit .*
12 *Stylus Senatus facit legem,& eſt ſeruandus.*
13 *Appellatione pendente licet omnia ea facere , quæ ante ſententiam licebant.*
14 *Innouari nõ dicitur,ꝙ legis auctoritate cõcedit.*
15 *Appellatio in vna cauſa non deuoluit , nec im-pedit executionem in alia.*
16 *Attentari id dicitur per quod appellationi præ-iudicatur, & ius appellantis fit delerius .*
17 *Alimenta,& litis expẽſæ aliqñ agẽti præſtãtur.*
18 *Poſſeſſionem ad ſe aduocat iudex , quando obeſt ſuſpicio ſcandali .*
19 *Poſſeſſionis ſequeſtratio pendente appellatione fit etiam ad præiudicium poſſeſſoris,quando is dilapidat fructus.*
20 *Doctori nihil alleganti non creditur.*
21 *Aſflict.deciſ.15.quomodo ſuſtineri poßit.*
22 *Venditor veniens ad iudicium emptorem defen ſurus,auditur in eo ſtatu,in quo cauſa reperitur.*
23 *Perſonalis actio nõ datur cõtra tertiũ poßeſſorẽ.*
24 *Actio perſonalis in rem ſcripta ſequitur tertium poſſeſſorem.*
25 *Fideiuſſor iudicij exigi põt abſq; nouo proceſſu.*

ARGVMENTVM.

An ſententia contra vnum lata ſit exe-cutioni demãdanda, non obſtante quòd alius prętendat in ea re ius ſi-bi competere;& an appellatio exe-cutionẽ impediat, præſtita cautio-ne, vt per l.is à quo , ff. de rei vend. quæ hic exquitiſſimè diſcutitur.

DECISIO CCCXXXV.

CONTRA Dominum Franciſcũ Fa-
cinum hæredẽ grauatum pro re-
ſtitutione dotis Dominæ Cathe-
rinæ Burſatæ agebat Dñs Iulius
Burſatus ad totã dotẽ,& Magnifi
cus Dominus Hercules Burſatus pro quarta par
te,& qa Clariſſimus Dominus Prætor Mantuæ
condẽnauerat Dominum Facinũ ad ſoluẽdum
Dominũ Herculi dictã partem, nõ obſtantibus
oppoſitis à Domino Iulio,iõ appellauit Domi-
nus Iulius, & pẽdente appellatione dicebat Do
minus Hercules debitorẽ condemnatũ cogen-
dum eſſe ad ſolutionẽ,mediãte ſaltẽ fideiuſſio-
ne præſtanda de ipſum debitorẽ releuandum
indemnẽ à moleſtia inferenda per Dominũ Iu-
lium,iuxta diſpoſitionẽ l.is à quo,ff.de rei vẽd.
At dicebat Dominus Iulius denegandã eſſe exe
cutionem,per regulã,ꝙ appellatione pendente
1 nihil eſt innouandũ, vt in reb.& toto,† tit.ff.nil
nou.app.int.c.ſuper eo,il primo,de appel.c.ſi à
iudice,eod,tit.in 6.Abb.in rub.de app.vbi Dec.
col.4.ver.2.principaliter.Rom.in cõſ.37.nu.4.
Pariſ.conſ.28.nu.26.vol.4.Socin.iun. conſ.75.
nu.24.vol.4.Bero.conſ.110.nu.40. vol.3.Nat-
ta in conſ.583. nu.5. Vantius in tract.de nullit.
in tit.quoties,& infra quod tempus , nume.48.
Præterea antequam ſententia mittatur exe-
cutioni ad præiudicium alicuins tertij, cogno-
ſcendum eſt de illius iure , vt inquit text.in l.
2 † à diuo Pio,§.ſi ſuper rebus,& ibi notant Do-
ctores,ff.de re iudic.c. veniens, il ſecundo,vbi
etiam Doctores de teſtib.at non dicitur cogni-
tum quando pendet appellatio,ea enim ſuſpen
3 dit effectum ſententiæ,† l.1.in fin.ff. ad Turpil.
c.venientes, de iureiur.Bar. in l.1.num.2.ff.de
appellat.Doctores in l.ſi cauſa cognita , vbi A-
lex.nume.2. Iaſ.nume.7. C.de tranſact.Socin.in
conſ.91.nume.20.vol.4. Afflict.deciſ.296. nu-
me.3.Bero.conſil.56.nume.15.volum.2.Rip.in
l.1.num.8.& ſeq.ff.de re iudic.Oſaſ.deciſ.Pede
mon.131.nu.9. & reponit partes in eo ſtatu, in
quo erant tempore cõteſtatæ litis coram primo
iudice,l.ita demum,vbi Bar.Bald.Caſtr. & alij,
C.de procurato.& paria ſunt, quòd non ſit lata
ſententia,vel quòd ſit per appellationem ſuſpẽ
4 ſa,† vt inquit glo. in l.2.in ver.ſententiam, C.
vt lit.penden.Maranta de ord.iudic. par.4.di-

ſtruct.6.nu.15.Oſaſc.deciſ.Ped.5.nu.1. cũ ergo adhuc nõ ſit cognitũ de iure Dñi Iulij, ſed ea cognitio pẽdeat nũc corã Senatu, nõ eſt interi cõcedẽda executio ſniæ latæ contra debitorem.

Tertiò facit, quia textus in l.is à quo, ff.de rei vend.non habet locum, qñ tertius cõparet principaliter pro ſuo intereſſe, tũc.n.auditur, & impeditur executio donec ſit cognitũ, & diſcuſsũ
5 de ſuis iuribus,† ita eum textũ limitat Afflic.in dec.15. nu.2.Benintend. Rot.Bonon.deciſ.75. nu.5. verſ.facit ẽt in facto aũt Dominus Iulius agit non acceſſoriè, ſed principaliter ad totũ dictũ creditũ, ideò expectãda videbatur deciſio.

Quarto cõis videtur diſtinctio, ꝙ quidquid ſit, vbi agitur actione reali, ſemper tertius im-
6 pediat executionem, qñ actũ eſt perſonali;† ita reſoluit Bart.in l.à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, nu.3. ff. de rei iudic. quia ſecundũ eum de iure tertij, cũ non ſit hactenus cognitũ, eſt prius conoſcendũ, & ibi ſequũtur Doctores, ꝑcipuè Iaſ. in fin. & eſt doctrina Innoc.in c.veniẽs, il ſecũdo, de teſtib. idẽ voluit Papiẽ. in forma execut. ſent.diffinit.in verſ.ſapiens, & egregius, nu.16. verſ.2.caſu principali. Didac.in c.16.nu.3.ver. quartus caſus, in tract.pract.q. Felin.in d.ca.veniẽs.n.9.ver.ſecũdus eſt caſus. Mynſin.cẽt.3.obſeru.73.in fi.Ioſep.Ludo.deciſ.Peruſ.26.n.16.

Deciſum tñ fuit à Senatu, exequendam eſſe Sñiam contra D.Facinum, præſtita prius à Dño Hercule fideiuſſione idonea de reſtituendo ad omne mandatũ Senatus, quia vbi duo eandem rẽ ad ſe pertinere cõtendunt, ſi vnus ſñiam obtinuit fauorabilẽ, ea non ſuſpenditur, ſed mittitur executioni mediante fideiuſſione ꝑſtanda
7 ab eo, qui in cauſa obtinuit;† vt probat tex.in l.is à quo, cum l.ſequen.ff.de rei vend.Innoc.in c.veniens, nu.1.col.1.& ibi Butr. Abb.Card.& Aret.idemq; tenuit Felin.alios citãs, nu.7.ver. tertio concluſio.Bart.in d.§.ſi ſuper rebus, vbi Alex.& Iaſ.nu.17. ver.2. adde.Boer. deciſ.79. nu.2.Didac.d.c.16.nu.2.verſ. his tandem prænotatis, qui poſt Felin.& Iaſ.in locis citatis intelligit, qñ tertius agere cœperat ſñiam latam; quòd ſi poſtea inſtituerit iudicium, fit executio ſine fideiuſſione.Mynſinger.d.obſeruat.37.n.5. Oſaſc.deciſ. Pedem.38.nu.4. Ioſeph.Ludou.d. concluſ.26.nu.12.quæ concluſ. procedit etiam in beneficialib.Inn. in c.1. poſt princ.de cõceſ. præb.in 6.vbi Io.And.& Gem.eoſque refert, & ſequitur Felin.d.c.veniens, nu.7.in 3.concluſ. Iaſ.d.§.ſi ſuper rebus, nu.17.verſ.amplia quòd diſpoſitio Ludou.d.deciſ.26.nu.12. ver.& prædicta habẽt locum, vbi idem dicit in feudalibus poſt Afflict.& Grauat.quos allegat, & non eſt mirum, quia cum canonico, vel feudali iure cõtrarium non reperiatur diſpoſitum, ſtandum eſt deciſioni iuris ciuilis, & concluſionem prædictam tenet Benintẽ.d.concluſ.75.num.6.

Secũdo, mouebatur Senatus, quia ꝙ exequatur ſentẽtia contra Dominum Facinum mediãte fideiuſſione, nõ nocet Domino Iulio, & ſua nihil intereſt eam impedire executionem, quia ſi obtinebit cõtra Dominum Herculem, cõſequetur nihilominus integrum creditum petitũ ergo nõ debet ſine intereſſe audiri ad impediẽdum; ſicuti enim nemo ad agẽdum admittitur,
8 niſi ſua interſit, l.ſi vnus, § ante † omnia, vbi Bar.ff.de pact.Ang.in l.ſi patroni, §.qui fideicõmiſſaria, vbi Alex.in 5.notab.alios allegat, ff.ad Trebell. ita abſque intereſſe excipere nemo po
9 teſt, l.1.ff.de appellat.† nõ recipien.l.ille à quo, §.ſi de teſtamento, vbi Imol.& Alex.ff.ad Trebell. cap.cum inter extra de electiõn. Imol.in l. Titia, in fin.ff.ſolut.matr. Dec.in l.ex cõuentione, in princ.C.de pact. Tiraq. latè de retract.cõſang.§.1.glo.2.nu.51.Crau.in conſ.182. num.8. Cepha.conſ.133.nu.39.Cum igitur in Domino Iulio eſſet omne intereſſe, & iura ſua omni caſu ſalua ſint, nõ poteſt executioni cõtradicere.

Tertio, cum Domino Iulio non noceat prodeſt tamen Domino Herculi, qui ſuſpenſa, vel dilata executione, ſi poſtea in iudicio obtineret, perderet medij temporis interuſurium, nec huius damni iacturam à quoquam cõſequeretur; & tamen facilè condonandum eſſe, quod
10 vni nõ nocet, & alteri prodeſt, iura omnia ſuadẽt.† glo. in l.in crediiore, ff.de euict.gl.& Doctores, l.2.in princ. ff.ſolut.matrim.l.ſeruus ea lege, in fin.ff.de ſeru. export. Crau. in cõſ.748.
11 num.19. quinimo nõ permittitur cuiquam facere quod ſibi nõ prodeſt, & alterum lædit,† l.2.§.Labeo, ff.de aqu.pluu.arcend. d.l.in creditoris, Alex.in cõſ.174. col.pen.in fin.volum.2. Crau.in cõſ.353.num.19.lęderet autem Dominus Iulius per ſuam cõtradictionem Dominũ Herculem, ſibi verò nullum pararet commodũ ergo audiri non debet.

Quarto videmus quotidie ſeruari in Senatu, quòd vbi multi cõcurrunt creditores ſuper pecunia vnius debitoris, ſolui mãdat hic Ordo ei qui primo ius ſuum probauit, mediãte fideiuſſione de reſtituẽdo, ſi ita Senatus cẽſuerit, idq; ne per creditorum cõtentiones gaudeat debitor, ideo videtur idem ſeruãdum eſſe in hoc fa
12 cto, ſtylus enim Senatus facit legem, & ſeruandus eſt,† c.ex litteris, de conſtitutio.cap.quam graui, de crim.falſ.l.fin.C.de iniur.l.prolatam, C.de ſent.interloc.omn.iudic.& ſtylus dat for-

mam

nam, quæ omitti nõ debet, Bal.in l.fi. C.quæ ſit longa cõſuetudo, & dicit Afflict.deciſ.79.nu.4. qđ lõgæuus cauſarum ſtylus poteſt pro lege allegari, & infinita de ſtyli virtute, & effectu congerit Oſaſc.in deciſ.Pedem.22.nu.6.& ſeq.vbi ampliat ſiue ordinem, ſiue deciſionẽ cauſarum cõcernat, & quamuis ſit cõtra ius, & vult, quòd de eo poſſit Senatus ſe informare ex officio, ꝙ tamen in Senatu ſuperfluum eſt, quia nemo ſtylum nouit melius ipſo Senatu, in quo alij viginti, alij decem annis ſederũt, adeo vt aliena informatione nõ ſit opus, & cũ deciſiones Senatus ex Principis decreto legẽ conſtituãt, poteſt ab eis ad ſimiles inferri, vt niſi diuerſa militet rõ reſeruari debeat hoc caſu, ꝙ ſeruať cõcurrẽtib.pluribus creditoribus, qa vbi eadẽ eſt rõ idẽ ius eſt ſtatuẽdũ, l.illud, ff.ad le.Aql.cũ ſimilib.

Et nõ repugnat, quòd pẽdente appellatione nihil ſit innouãdum, quia reſpõdetur licere dũ pendet appellatio ea omnia facere, quæ ante ſẽtentiam licebãt, vt compellere partem ad cauẽ-
13 dum, † l.poſteaquam, §.Imperator, vbi Bar.in 1.oppoſ.ff.vt legat.nom.caue.Corſet.in notab. appellatio.incip. regula eſt in 6.limit. & multa alia exempla ponit Lancel.in tract. de attẽta.in 2.par.tit.de attẽta. pend.app. c.12. in 15.limit. per totam, ſed ante appellationẽ interpoſitam à Domino Iulio potuiſſet ſententia cõtra Dom. Facinum exequi mediante cautione, ergo eodẽ modo poterit exequi lata iam ſententia.

Secundo dicitur, quòd cum ex lege permiſſum ſit exequi ſnĩam contra vnum latã, nõ obſtante qđ aliàs prætendat in ea re ius ſibi cõpetere, ſi tñ præſtetur cautio, vt d.l.ſi is à quo, appellatio nõ impedit idipſum fieri, quia nõ dicitur innouari, ꝙ legis auctoritate conceditur,
14 † argumento l.per hanc, C.de temp.appellat. Vital.in clauſul.nil.nou.appell.pend.in prin.in 1.limit.alios citat Lancell. loco ſupra citato limitat.27.per totã, vbi limi.28.dicit, qđ ſnĩa magni cõſilij, põt ſine timore attẽtatorũ mitti executioni ſtãte eiuſdem conſilij inueterato ſtylo.

Tertio reſpondetur, quod duæ agebãtur cauſæ coram Domino Prætore, vna inter Dominũ Herculẽ, & Dominũ Facinum, altera inter Dominum Iuliũ, & Dominum Herculẽ, qua Dominus Iulius dicebat totũ creditum prædictum ad ſe ſpectare: licet aũt appellauerit Dominus Iulius à ſnĩa, qua dictum fuit quartã partem crediti ſpectare ad Dominum Herculẽ, nõ obſtante Domini Iulij cõtradictione, tamen executio, q̃ facit Senatus cum fideiuſſione, reſpicit ſnĩam latam contra Dominum Facinum, & iudicium cõtra eum agiturũ per Dominum Herculẽ, ideo quidquid ſit pro vnius cauſæ executione eſt validũ, & non dr̃ reſpectu alterius cauſæ attẽtatũ, quia appellatio in vna cauſa nõ deuoluit, nec
15 impedit executionẽ in alia, † l.fi.vbi Cin.Bald. & Salic.C.qñ prouo.nõ eſt neceſſ.Bal.Io. Fabr. & Salic.in l.ampliorem, in fin.C.de appellat. & ita in propoſito tenuit Butr.in c. ſuper eo, il primo, de appell. vbi ſequitur Franch. & latiſſimè proſequitur, & defendit Lãcell.in eo ipſo tract. limit.2.nu.1.& multis ſeqq.vbi nu.13.ita regulã conſtituit, quod enim pertinet ad ius Domini Iulij eiuſmodi executio illud dimittit intactum, & iudicabit Senatus, ſi totum creditũ illi debeatur, vel eius pars tãtum, interim autem, qđ Dominus Facinus cogatur ſoluere hoc non minuit ius Domini Iulij, nec ei quiquã adimit.

Quarto huic conſimilis datur reſponſio; nã nõ dicitur attentatũ, ꝙ non attingit cãm appellationis pendentẽ, neque ei officit, ſed id dicit attẽtari per ꝙ appellationi præiudicatur, & ius
16 appellantis ſit deterius, vt poſt † Bal.Vital.Rot. Firmian.Bellani, & alios tradit Lãcell.in 5.limitat.qui etſi loquatur, qñ attentatum nõ reſpicit proceſſum, idem tñ eſt qñ reſpicit quidem proceſſum, ſed non tãgit merita cauſæ, in facto aũt præſenti ſiue Dominus Iulius foueat ius ſiue ſit actione deſtitutus, nihil ad eum, quòd Dominus Facinus cogatur ſoluere, nec per hoc ceſſat quin ad eum poſſit totum creditum pertinere, ſi ita videbitur Senatui negotio bene diſcuſſo.

Nec dubium facit, ꝙ appellatio ſuſpendat vim ſnĩæ, & ea pẽdente non dicatur cognitum de iuribus tertij, quia reſpondetur, ꝙ argumentũ concluderet, ſi ageremus de exequẽdo, ſentẽtiam ẽt ad præiudicium Domini Iulij, ſed res ſe aliter habet, quia nõ ſit præiudiciũ cauſæ q̃ pendet inter Dominum Iuliũ, & Dominum Herculẽ, quinimo ea reſeruatur decidẽda, ſed interim debitor cogitus ſoluere ei, qui habet ſnĩam ꝓ ſe, & nõ eſt nouũ, quòd in medio cauſæ fiãt prouiſiones dum lis pẽdet; videmus enim quod aliquando agenti prouidetur de alimentis, & litis expenſis; nam hoc videmus in filio agente
17 † l.ſi neget, ff.de lib.agno.glo.in l.ſi quis à liberis, §.ſi vel parens, ff.de lib.agnoſ. Iac.de Rau. Cin.Sal.& alij in l.fin. C.de alend.lib.idẽ quando dicit teſtamẽtum inofficioſum, l.ſi inſtituta, §.de inofficioſo, ff.de inoff.teſt. & de hoc alijsque caſibus dixi latè in tractat. aliment. titu.1. quæſt.110.& alijs ſequentibus, ſic etiã lite, vel litis ſuſpicione, ſeu ſcandalo interueniente Iudex auocat ad ſe poſſeſſionem eo remedio, qđ
18 Hiſpani vocant interim, † de quo latè per Didac.practic.quæſtio.capit.17.Guid. Pap.Franc.

Mar-

March. Beninten. & Mynſinger. quos citat, & ſequitur Lancel. de attentat. in 2. p. tit. de attenta. poſt inhibit, c. 20. q. 2. nu. 43. Menoc. de retinẽ. poſſeſſ. rem. vlt. nu. 1. & ſeq. Contard. in l. vnica, in 5. ratio. decid. n. 5. C. ſi de mom. poſſ. Becius, in cõſ. 21. nu. 10. Rol. in conſ. 8. nu. 16. & ſeq. vol. 4. ſic fit ſequeſtratio poſſeſſionis pẽdente appellatione ẽt ad præiudicium poſſeſſoris, quãdo is
19 dilapidat fructus, c. fi. de † ſequeſtr. poſſ. Bar. in l. Imperatores, in fin. ff. de appellat. Lancel. d. par. 2. c. 12. limit. 12. nu. 11. & 22. & ſeq. & paſſim alij caſus referuntur; interponit enim iudex ſuum officium quandocunque videt expedire, nec ideo aliquid parti adimitur de iure ſuo.

Ea verò declaratio, quæ datur ad l. is à quo, ff. de rei vend. vt ſcilicet non procedat, qñ venit, quis ad iudicium principaliter, nõ videtur vera: nam Afflict. qui eam aſtruit in d. deciſ. 15. nu. 2. nihil allegat, & nõ creditur Doctori nihil
20 allegãti, † c. ego ſolus, 9. diſt. Bal. in l. res publica, C. ex quib. cauſ. maior. Iaſ. in l. illã, col. 3. C. de collat. Marſil. in conſ. 136. nu 4. Bello. in cõſ. 48. n. 7. cum ſimilib. prçterea tex. in l. ſi is à quo, expreſsè cõtradicit huic intellectui, qm̃ loquitur, qñ duo æquè principaliter agebãt contra fundi poſſeſſorem; ꝙ ſi Afflictum intelligamus, put verè loquitur in venditore ad defendendũ emptorẽ in re petita, ſuſtineri poterit eius dictũ
21 † quia is venditor nõ eſt verè tertius, cũ teneatur rẽ defendere, & ille caſus nõ conuenit noſtro, in quo Dominus Iulius non agit ad defenſionẽ Domini Facini, ſed vt ille condemnetur quidẽ, at nõ Domino Herculi, ſed ſibi ſoluere, venditor aũt reputatur vna, & eadẽ perſona cũ emptore, ideo, qñ venit ad iudiciũ defenſurus,
22 auditur in eo ſtatu in quo reperitur † cã, c. fi. vt lite pend. lib. 6. ponit Didac. pract. q. c. 15. Ioſep. Ludo. d. deciſ. Peruſ. 26. nu. 26. verſ. quintũ igitur caput. Afflic. deciſ. 235. in 1. dub. Boer. deciſ. 79. Natta conſ. 457. intelligendo tamen, qñ ſciuit eãm agitari, ſecus aũt eſt, qñ eſt, & reputatur diuerſa pſona, vt in facto cõtingẽti, in quo duo ſunt, q vt dicã in reſolutione ſequẽtis obiecti, agũt ad eandẽ rẽ contra eandem perſonam.

Diſtinctio autem cõis, nõ modo nõ repugnat deciſioni Senatus, ſed verius illũ adiuuat, quia dum habet, qđ in actione perſonali nõ ſit locus cautioni, nõ conuenit negotio noſtro, nã Doctores loquuntur, qñ actum eſt quidem perſonali actione, ſed executio tentatur in re, ſuper qua nõ fuit iudicatũ, & alius quiſpiam prætendit illam eſſe ſuam, vel ſibi aliqua rõne deberi: atq; ita opponit dominiũ vel hypothecã in re, qui caſus longè differt à noſtro, in quo actum eſt eadem perſonali actione ex teſtamento, ſed nõ teneatur executio in alia re, ſed in quantitate, qđ ſi dicamus, executionẽ tentari in eadem re, ſuper qua fuit iudicatũ, ideſt, in eo credito, tunc ex alio nõ conuenit diſtinctio loquens de perſonali, ſed erit locus alteri membro, qñ ſcilicet fit executio in eadem re, ſuper qua fuit iudicatũ, & verè hic eſt caſus noſter, qñquidem licet actum fuerit perſonali, idem tñ eſt ac ſi ad rem aliquã conſequẽdam actum eſſet, ex quo ad idẽ creditum vterq; agit, æquè ac ſi actum eſſet ad vnum, & eundẽ fundum, & quãuis quoad creditores, & Dominũ Facinum debitorẽ conſideretur perſonalis actio, & quantitas, ideſt pecunia ſit i obligatione, & ſolutione, tñ inter ipſos creditores agitur actione, quæ ſi nõ eſt realis, eſt illi ſimilis, cum vterq; fundet ſe ſuper dominio, & proprietate dicti crediti, & prætendat illud ſuum eſſe, & ad ſe ſpectare. Præterea, ceſſat hoc caſu ratio, propter ꝙ Doctores dicunt in perſonali nõ eſſe locũ diſpoſitioni dictæ l. ſi is à quo, quinimo ea ratio concludit eã in hoc facto vindicare ſibi locum, dicunt enim ideo in reali exequendã eſſe ſentẽtiam, quia licet res in alium, & ita in actorem transferatur, nõ fit deterius illius tertij ius, ex quo poteſt cõtra actorem obtinẽtem illud proſequi, nõ minus ꝙ contra conuentum poſſeſſorẽ, quia realis actio ſequitur rẽ in quẽcunq; tranſeat poſſeſſorẽ, ſed vbi agitur perſonali actione, tũc impeditur executio, quia fit deterius tertij ius, ex quo nõ poteſt ius ſuũ proſequi cõtra actorẽ, qui obtinuit: nam perſo-
23 nalis actio nõ datur in tertium poſſeſſorẽ, † l. eũ cui actio. & obligat. l. cogi, §. vnde quæritur, ff. ad Trebell. l. fi. C. de hæred. vel actio. vend. l. cũ fundo, vbi Bal. ff. de ſeru. ruſtico. prædio, l. 1. C. de cõdict. indeb. Afflict. deciſ. 95. nu. 6. & deciſ. 161. nu. 5. ẽt ſi contracta fuerit obligatio intuitu rei, quæ tranſiuit ad talẽ ſucceſſorem ſingularem, l. quædã, §. nihil intereſt, vbi Iaſ. col. 2. ver. 4. tu pondera, ff. de eden. & l. fi. §. 1. ff. de cõtrah. emptio. cum multis apud Tiraq de retract. conſan. §. 8. glo. 5. nu. 7. ꝙ ſecus eſt nõ ſolum in realibus, vt ſupra dictum eſt, ſed etiam in perſonalibus in rẽ ſcriptis, quæ ſequũtur tertium poſſeſ-
24 ſorem, † l. 3. §. 1. vbi glo. & Doctores, ff. ad exhib. l. fin. vbi Bar. & alij, ff. de oper. noui nunciacum alijs per Tiraq. loco præcitato, nu. 8. hæc igitur ratio, quæ conſideratur in actione perſonali, ceſſat in facto, quia Dominus Iulius prætẽdit ius reale in eo credito, non perſonale, ideo ceſſat, cum poſſit rẽ proſequi cõtra quemcũq; & ſi ius eſſet perſonale, non fit deterius, quia per cautionem eſt ſibi cautum, vt poſſit conſeq

&

& ſi ius eſſet perſonale, non fit deterius, quia per cautionem eſt ſibi cautum, vt poſſit conſe- qui ab auctore, qui iam obtinuit ſtante promiſſione de reſtituendo ad omne mandatum Senatus. Nec maior impenſa agitur, vel nouo iudicio fruſtratur tertius, quia cùm ſi fideiuſſor nō contractus ſed iudicij, exigi poterit abſque no

25 uo proceſſu. † Specul. in tit. de execut. ſentent. §. ſequitur, num. decimo, Bart. in l. prima, nume. ſecundo, verſ. quid dicemus, ff. iudic. ſolui. & nume. octauo, verſ. in omnibus, Bal. in l. tertia, §. 1. num. 1. C. de vſur. rei iudic. Socin. conſi. 91. num. 13. volum. 4. & multos citaui in conſil. 271. num. 1. & ſeq. licet aliud ſit, quando eſt fideiuſſor contractus, vt per Spec. & Bar. in locis ſupra citatis, & multos alios, quos adduxi dict. conſ. 271. num. 36. & ſeq.

Rurſus Doctores diſtinguẽtes inter realem, & perſonalem actionem, vt Innoc. & alij, in d. c. venienſ, in ſecundo, Papien. d. ver. ſapiens. & egregius, num. 16. Bar. & Doctores, in d. §. ſi ſuper rebus loquuntur in actione perſonali, quæ competit ad conſequendum fundum, vel rem aliquam, puta ex empto ex teſtamento, vel ſimiles, quæ etſi dentur ad rem, ſunt tamẽ merè perſonales, & conſequenter non exercentur contra tertium rei illius poſſeſſorem, nos autem ſumus in actione perſonali, quæ non ad fundum, vel aliam rem immobilem competit, ſed ad quantitatem, ideo ceſſat illa ratio, & ſimiliter ceſſat deciſio, ex quo non fit deterior conditio tertij agentis.

Demũ quæ dicunt Doctores, in l. ſi. is à quo, non videbatur mihi conuenire quæſtioni noſtræ, ibi enim fideiuſſio præſtatur ad commodum poſſeſſoris, qui à duobus pro eadem re conuentus debet per eum, qui obtinuit conſeruari indemnis à moleſtia, quæ per alterum infertur ſuper eadem re; Senatus autem mãdauit fideiuſſionem præſtari non Domino Facino debitori, ſed Domino Iulio, qui prætendit creditum ad ſe ſpectare, ita quod quandocunque iudicaretur ei ius competere, conſequetur creditum à Domino Hercule, qui obtinuit, nec vlterius neceſſe habebit conuenire Dominum Facinum. Et ideo bene etiam admonebat Dominus Præſes, quòd termini quæſtionis noſtræ differunt ab his, quæ ponunt Doctores, in d. §. ſi ſuper rebus, & in d. ca. veniens, & quæ dicuntur in d. l. ſi is, à quo; nam quæſtionom ibi examinant, cum agunt contra eundem rei poſſeſſorem, petentes quiſquam vnam, & eandem rem; nos autem ſumus in caſu, in quo nõ ſolum idẽ creditum petunt Dominus Hercules, & Dominus Iulius, à Domino Facino, ſed etiam inter ſe ſe agunt petentes vnus alteri declarari nullum ius competere in dicto credito, ſed ad ſe integrè ſpectare, qui caſus eſt longè diuerſus, vnde huius deciſionis ea fuit potiſſima, & principalis ratio, quòd attenta fideiuſſione nihil poterat intereſſe Dom. Iulij, quod fieret executio contra Dominum Facinum in fauorem Domini Herculis, qui contra illum iam obtinuerat.

SVMMARIVM.

1 *Liber gabellariorum probat.*
2 *Probatio debet concludere per neceſſe.*
3 *Mercatorum libris vbi ex ſtatuto fides eſt adhibenda, intelligitur quo ad ea, quæ concernunt artem mercaturæ, non ad alia.*
4 *Libri gabellæ non probant extra ſuum officium.*
5 *Notarius poſt rogitum non poteſt aliquid addere, adimere, vel mutare.*
6 *Locatio cenſetur renouata vbi cõductor perſeuerat in perceptione fructuũ, & ſolutione penſi.*
7 *Confiteri quis cenſetur, quæ ponit in libello, & poſitionibus.*
8 *Probatio incerta non releuat.*
9 *Veroſimile, quod non eſt, habet falſitatis imaginem.*
10 *Pretij quantitas demonſtrat quid venerit in venditione.*
11 *Conſignatio in parte falſa, præſumitur in totum falſa, & è contra.*
12 *Bonus quilibet præſumitur, & artem ſuam fideliter exercere.*
13 *Generi per ſpeciem derogatur.*
14 *Probatio ſpecialis præualet generali.*
15 *Scripturæ contrariæ ab eodem productæ, ſe inuicem eludunt.*
16 *Scripturæ contrariæ, ſi à diuerſis producantur ſtatur digniori.*
17 *Negatiua probatur ex inſpectione ſcripturæ.*
18 *Relatum attenditur non referens, vbi conſtat de relato.*
19 *Ignorantia non excuſat à falſitate, quando quis facit falſum capitulum.*
20 *Falſitas vt euitetur ſẽper dẽt fieri interpretatio.*
21 *In quocunque delicto is ſenſus ſumitur, vt excludatur delictum.*
22 *Identitas eſt probanda.*
23 *Pluralitas rerum in dubio præſumitur.*
24 *Pluralitas actuum præſumitur ad euitandum falſitatem.*
25 *Indefinita non æquipollet vniuerſali in depoſitione teſtium.*
26 *Relatio fieri debet ad præcedentia, referendo ſingula ſingulis, vt euitetur falſitas.*

ARGVMENTVM.

De fide Gabellariorum libris adhibenda:& de fructibus perceptis,ex eiſdem libris liquidandis.

DECISIO CCCXXXVI.

SEQVVTA Sententia cõtra D.
Curtium Campum, qua fuit con-
demnatus prædia ſibi nulliter, &
ſine ſollemnitate aſſignata redde
re Domino Iulio Grignano cum
fructibus, deduxit Dominus Grignagnus pro
liquidatiõe libros gabellarij Portæ Portus,in
quibus legitur Dominum Curtium introduxiſ
ſe tm̃ frumenti,ſiliginis,& aliarum rerum,pro-
duxit item librum Vicarij loci Marmiroli, ſub
cuius ditione prædia poſita ſunt,in quibus de-
ſcribitur quãtitas fructuum ibi cõſignatorum,
à colono partiario eiuſdem Curtij,& exiſtima-
bat hoc modo quãtitatem perceptorũ fructuum
1 liquidaſſe,quia gabellariorũ liber probat† Bal.
in l.quædam,§.nummularios, ff.de edend.Ma-
ſcard.de probat.cõcluſ. 837.Senatus aũt tenuit
nõ probatam fuiſſe certam quãtitatem,ſed in-
certum adhuc eſſe quãtum fuerit perceptum;&
quia agebatur de fructibus multorum annorũ,
dicebat de anno 1584.& 1585. nõ certificari
quãtitatem ex dictis libris,quia etſi dicatur ibi
tm̃ frumenti, & aliorum fructuum fuiſſe conſi-
gnatum,& introductum à Domino Curtio, nõ
tñ ſequitur, quòd id fuerit præceptum ex præ-
dijs,de quibus agitur;potuit enim fuiſſe habitũ
aliunde,& probatio debet cõcludere per neceſ
2 ſe,† l.nõ hoc,vbi Doct.præcipuè Dec.C.vnde le
git.Et licet dicatur in atteſtatione gabellarij,il-
lam eſſe cõſignationem fructuum,quos Domi-
nus Curtius percepit ex bonis ſibi aſſignatis,tñ
in hoc nõ creditur gabellario,qui habet ſolum
deſcribere quãtitatẽ fructuum cõſignatorum,
nõ autẽ quo ex loco fuerint habiti,& percepti.
Iaſ.in l. age,nu.4.C.de tranſact. vbi dicit ſtatu-
tum mãdans fidem adhiberi libris mercatorũ,
intelligi quoad ea,quæ reſpiciunt artẽ merca
3 turæ,nõ quoad alia,& † ibi latiſſimè proſequi-
tur Alciat.Felyn.in cap.cum ordinem, nu.4.de
reſcript.in cap.ſcripta, nu.vigeſimoſexto, vbi
Dec.num.vigeſimoſecundo, de fide inſtrumẽ.
idem voluerunt Crau.Alba, Roland.& Oſaſc.
quos citat,& ſequitur Beccius in conſi. 5.num.
decimoquarto,vbi multa comprobat hanc cõ-
cluſionem.addo Rip.in l.admonẽdi,num.114.
poſt Iaſ.num. 119.ff.de iureiur.alios citat. Me-
noch.de arbitr.iud. caſu 91.num.23. Gail.Im-
perial.obſeruat.28.num.8.lib.2.Maſcard.tit.de
probatio.cõcluſ.975. num.vigeſimooctauo, &
in terminis de libris gabellæ,quòd nõ probent
4 extra ſuum officium,ponit † Socin.in cõſ.208.
num.2.verſ.3.ex libris,vol. 2.Maſcard.dicta cõ-
cluſ.975.num.41.hoc autem, quod fructus fue
rint ex vno potius quã ex alio fundo percepti,
nihil pertinet ad officium gabellarij,ergo in eo
nõ eſt credendum, præcipuè cum non legatur
in eodem libro id fuiſſe ſeruatum in alijs; nam
ſolum legitur ſcriptam eſſe quantitatem fru-
ctuum,& perſonam conſignantem.

Quinimo producto originali libro comper-
tum eſt in corpore cõſignationis nõ contineri
id ꝙ in copia legebatur,videlicet fructus fuiſſe
perceptos ex dictis prædijs. Et in ipſa quoque
copia dicitur nõ in corpore, ſed in inſcriptio-
ne nota fructuum per Dominum Curtiũ Cam-
pum perceptorũ ex prædijs ſibi aſſignatis, &c.
& per eum introductorum,vel cõſignatorũ,&c.
hæc autem inſcriptio cum nõ extet in libro, di
citur ſimplex aſſertio gabellarij,quę nõ probat:
nam etſi libro gabellarij credatur, nõ tamen ei
gabellario creditur, præcipuè cũ deponit non
citatus,nõ iuratus, & parte non vocata ſicuti
nõ probaret teſtis ſic receptus,vt ſunt iura cla-
ra,vltra qd hæc eius aſſertio,tanquam nunc nõ
autem tempore conſignationis facta fidem non
meretur, quia ex poſt iacto non potuit addere
conſignationi, vel illam qualificare, cũ hoc ſit
interdictum notario, qui poſt rogitum nõ põt
aliquid addere, adimere, vel aliter mutare.
5 † Bald.in l.cum proponeretur, ff.de leg.2.in l.
fin.C. de edend.Alex.in conſi.89.col.2.volum.
3.Crau.in cõſ.28.num.8. Bal.in cap.ex litteris,
colum.3.de fid.inſtrum. vbi Felin.latè Cagnol.
in l.ſi librarius,num.decimoſeptimo,ff.de reg.
iur. vbi ponit quando poſſit ex ſeipſo corrige-
re,vel emendare inſtrumentum.Rimin.in con-
ſil.30.num.37.Bertazo. conſ.crimin.543.nu.1.
& ſeq.vbi Apoſt.latè agunt.

Secundo vbi etiam fides adhibenda eſſet in
ſcriptioni non tñ liber probaret, quia de anno
1581.& ſeqq.Dominus Curtius præter bona ſi
bi aſſignata in ſolutum, detinebat etiam titu-
lo conducti cætera bona eiuſdem Grignani; nã
ea ſibi locauerat Alexander Grignanus tutor
Iulij anno prædicto,quæ locatio, etſi facta fuit
pro vno anno tantum,quia tamen Campus per
6 ſeuerauit in perceptione fructuum,& † ſolutio
ne pẽſionis, cenſetur ſing. anno facta relocatio,
l.item.

Digitized by Google

Litem quæritur,§.qui impleto,ff.locat.l.legem,
C.eodem,l.ſi mora,ff.ſolut.matr.Alex.in cóſ.1.
nu.42.vol.2.Ruin. conſ.62. nu.6.vol.1. Socin.
Iun.conſ.63.nu. 20.vol.2. Alciat.in tract. præ-
ſump.reg.2. præſump.17.nu.1. & Menoch.in
tract.præſump.lib.3. præſump.85. nu.1.& ſeq.
quòd aũt perſeuerauerit in tenuta bonorum có
ſtat ex libello,& poſitionibus per eundem Gri-
gnanũ in alio iudicio productis, & fateri videt
7 omnia;quæ in libello cótinetur,† l.cum precũ,
C.de liber.cauſ.Abb.in cap.examinata, vbi Do
ctor.de iud.Rol.conſ.2.nu.115.vol.1.ſic ponẽs
videtur fateri cótenta in poſitionibus,Bald.d.l.
cum precum, poſt princ.& poſt Lanfran ponit
Cotta in memor. incip. confeſſio poteſt col.2.
Alex.conſ.71.vol.3.Maran.de ordin.iudi.par-
te 6.in quinto actu,nu.6.Caroc.in cap.cũ quid,
in ſecunda parte,in 4.limit.nu.6.Cephal.conſil.
249.nu.13.Gabriel.com.opin.lib.1.tit.de cófeſ.
concluſ. 4.num.24. & de anno 1584. ipſemet
Dom.Iulius locauit eadem bona Domino Cur-
tio,durauitque locatio per biénium,vt cantant
inſtruméta in actis producta. eum ergo dictis
temporibus poſſideret,nó ſolum ſibi aſſignata
inſolutũ, ſed alia quoq; prædia Grignani, verũ
quidẽ dixiſſe potuit gabellarius,ꝙ ea eſſet no-
ta fructuũ à D.Curtio perceptorum ſuper præ-
dijs D.Grignani, ſed per hoc nó probatur quá-
titas fructuũ perceptorum ex prædijs aſſignatis,
ex quo ſimul potuere fuiſſe cóſignati fructus ꝑ
diorum cóductorum,redditur itaque probatio
8 incerta,& nó releuat,l.† non hoc, vbi Doct.C.
vñ legit.c.in præſentia,de probat. Marſil.in ru-
br.C.de probat.nu.350.Caſſan.cóſ.5.nu.12.Lo
fre.cóſ.18.n.4.& talis probatio rẽ nó facit de iu
re,vel de facto dubiã.Bal.in l.2.C.de bon.poſſ.
Iaſ.d.l.nó hoc,n.6.& dubia ꝓbatio interꝑtat có
tra ꝓbantẽ,gl.in d.c.in ꝑſentia, Bar.Bal.& alij,
in d.l.nó hoc,& alios citaui i cóſ.5.n.47.& ſeq.

Quo verò ad fructus annorum 1586.ſequen
tium videbatur probata eorum quantitas ex eo
dem libro Portus,per quem locum facta fuit in
troductio,& ex libro Marmirolij.Sed in cótra-
rium extabat copia libri Vicarij Marmirolij,in
quo dicebatur conſignationẽ factam à colono
partiario continere nedum Dominicã,ſed colo
nicam ẽt portionem; propterea Senatus tenuit
probationem nó eſſe ſufficientem;libri.n.Portę
Portus dicunt ſolum Domnum Curtiũ intro-
duxiſſe talem fructuum quátitatẽ, ꝙ autem fru
ctus illi fuerint percepti ſuper bonis,de quibus
agitur nullibi conſtat, ideo probatio eſt imper-
fecta,vt dictũ eſt.Accedat, ꝙ quantitas prædio-
rum aſſignatorum non potuit veroſimiliter tan
tos ferrè fructus,ideò,qđ non eſt veriſimile,ha-
9 bet falſitatis imaginẽ,† Bal.in l.1.num.9. C.de
ſeru.fug.Barbat.conſ.47.nu.2.vol.2.Neuiz.cóſ.
8.nu.68.Tiraq.in præfatio,l.ſi vnq̃, nu.57.C.
de reuoc.donatio.alios addidi conſ.135.n.15.
facit ꝙ dicimus ex pretij quantitate cognoſci
10 quid venerit in venditione,† gl.in l.1.§.qui ſu
perficiem,vbi Bar.ff.de ſuperfici,infinitos con-
cordantes ego allegaui,in cóſ.13.nu.37.Secũ-
do in eodẽ libro legitur introducta quantitas
lignorũ,& fœni,cum tñ aſſignata prædia, neque
fœnũ neq; ligna producere apta ſint, vñ fatẽn-
dum eſt, ea nó fuiſſe ex prædijs aſſignatis perce
pta;cóſignatio itaq; in parte falſa, in totũ præ-
ſumitur falſa,ſicuti pro parte vera, præſumitur
11 in totum vera.§ Caſtr. conſ.301. col.1.vol.1.
Socin.conſ.82.col.2.vol.3. alios poſui in conſ.
151.nu.90. Tertio atteſtatio Vicarij Marmiro-
lij continet conſignationẽ factam à colono par
tiario,qui ex forma ordinũ tenetur conſignare
meſſium quantitatẽ,& frumentum poſttritura-
tionẽ,& qui non legitur aliã feciſſe conſignatio
nẽ;ideo veriſimile eſt feciſſe eũ id ad ꝙ teneba
tur,quia præſumitur quilibet artem ſuã fideli-
12 ter exercere,& eſſe bonus,† cap.dudũ,de præ-
ſump.Alciat.reg.3.præſumpt.2.in princ. Quar-
to conſignatio Marmiroli facta eſt ſpecialis, &
cótinet fructus ſup territorio illo ꝑceptos, ideo
magis debet attendi, q̃ conſignatio generalis,
de qua loquitur liber Portæ, ſpecies enim gene
13 ri derogat,† l.in toto,ff.de reg.iur.cap.generi,
extra eod. tit. in 6.& ſpecialis probatio præua-
14 let generali.† Innoc.& alij,in c.auditis,de præ
ſcrip.Cagnol.d.l.in toto iure,nu.1. vbi dicit,ꝙ
ſpecialia ſemper ſunt generalibus potiora,& ĩ-
fert ad alia , & id mille exéplis confirmari pót.
Quinto ſcripturæ prædictæ videntur inuicẽ có-
trariæ,continẽt enim quátitates diuerſas,& ſcri
pturæ cótrariæ ſe inuicẽ elidunt , cũ ab eodem
15 producuntur,† l.ſcripturæ, vbi Doct.C.de fid.
inſtru.c.imputari,extr.eod. vel ſtatur digniori,
16 qñ producũtur à diuerſis,† Salic.d.l.ſcripturę,
num.quarto. Abb.d.c.imputari, num.ſecundo,
Cin.in l.in exercendis, quæſt.2. C. de fid.inſtr.
Felin.d.c.imputari, nu.8.& poſui in conſ.141.
nu.4.non eſt autem dubium,quin dignor ſit Vi
carij ſcriptura,quàm gabellarij,quin etiam ſit
plenior,& magis certa,& veriſimilis ex quo lo
quitur de fructibus ſuper ſuo territorio perce-
ptis, & continet conſignationem à colono fa-
ctam,& magis diſtinctam,& ſecũdum ordines.
Non etiam potuit Senatus totum facere funda-
mentum ſuper atteſtatione dicti Vicarij, quia
Colonus conſignans, potuit fortè alia colere

prædia vltra ea, quæ D. Curtius habuit à Grigna
no; quinimo ab extra oſtendebatur nobis fides
quædam, ex qua conſtabat illum decem, & octo
alias bubulcas coluiſſe ad partem reddendam.
Cum hæc ambiguam deciſionem cauſæ red-
derent, Dominus Grignanus propoſuit Dominũ
Curtium vſum fuiſſe falſis teſtibus, atq; iõ ami-
ſiſſe cãm quoad articulũ liquidationis fructuũ,
ſic.n. cauetur Mãtuano ſtatuto. prima falſitas ſic
deducebatur: cũ Dominus Curtius fidẽ libri ga
bellæ portæ elidere vellet, & demonſtrare fru-
mentum per eam portam introductũm minimè
fuiſſe perceptũ ex prædijs ſibi aſſignatis, dedit
capitula, & ſuper eis induxit teſtes ad probãdũ,
ꝙ per illam portã introducebantur ẽt victualia
& fruges maſſaritij poſſente, & ita dixerunt te-
ſtes (che le vittouaglie della poſſente ſono ſtate
conſignate alla porta di Porto ſolo ſotto il no-
me del Signor Curtio, & nõ del Signor Galeaz-
zo; perche hauẽdo voluto lui, & altri conſignar
le ſotto il nome del Signor Galeazzo, li gabel-
lieri diceuano di non conoſcerlo, & coſi ſcriue-
uano il Signor Curtio; & tñ in libris gabellæ le
gitur cõſignationes fuiſſe factas ſub nomine Do
mini Galeatij ſui fratris negatiua aũt, ꝙ conſi-
gnatio nõ fuerit facta ſub nomine Curtij quem-
admodũ affirmant teſtes, probatur ex inſpectio
17 ne ſcripturæ. Bart. in † l. Titiæ textores, vbi Ale.
& Iaſ. ff. de leg. 1. Hercula. in tract. quis teneat.
proba. negat. n. 167. infinitos adduxi in conſ. 55.
nu. 14. & magis credendũ eſt libris relatis, q̃ te-
ſtibus referentibus, quia vbi conſtat de relato, il
18 lud attenditur, non referens. Bar. in † l. edita, C.
de eden. & in extrauag. ad reprimendũ, in verſi.
prout. Alex. in conſ. 66. col. pen. vol. 1. Dec. conſ.
63. col. 3. & in auth. ſi quis in aliquo, num. 39. &
ſeq. C. de eden. Rot. deciſ. 40. nu. 6. & 7. in ſecun-
da par. in nouiſſi Peregrin. in tractat. de ſideicõ.
artic. 16. nu. 111. in verſ. tertius caſus. ſicq; euin
ci videtur falſitas, & teſtiũ, & capitulorũ, à qua
excuſari nõ põt Dominus Curtius ꝑtextu igno-
19 rantiæ, qñ ipſe fecerit falſum capitulum. Bar. †
in l. ſi falſos, C. de falſ. Fel. in c. præſentiũ, nu. 11.
de teſtib. Ang. in tractat. maleficio. in verſ. falſa-
rio, col. 7. verſ. ſed diligenter aduertas. Ruin. in
conſ. 86. nu. 6. vol. 4. Boſſi. in tit. de falſis, nu. 121.
Foller. in praxi crimin. ver. item quod commi-
ſit falſitatem, num. 41. vbi multi ex eis dicunt,
procedere etiam quando interrogatus non fuit
an velit vti, & qñ poſtea ab vſu abſtinuiſſet.
Sed hanc falſitatem non concludenter pro-
bari exiſtimauit Senatus, quia fieri debet inter-
20 pretatio ſemper vt falſitas euitetur. † Bal. in l. iu
riſgentium, §. quod ferè, ff. de pact. & in l. Im-
perator, col. 2. verſic. & nota. ff. de ſtatu homin.
Iaſ. in l. ſingularia, nu. 48. ff. ſi cer. pet. Marſil. in
conſil. 7. nu. 21. Gram. conſ. ciuili 65. nu. 13. &
voto 26. num. duodecimo. ſicuti in quocunque
delicto is ſenſus ſumitur, vt excludatur deli-
21 ctum, † l. non ſolum, §. ſed vt probari, vbi Bart.
ff. de oper. noui nuncia. alios recenſui in conſi.
130. nu. 55. & quamuis Galeatius Campus lega-
tur introduxiſſe fructus per portam Portus, ta-
men non dicitur ibi, quod ſint fructus percepti
ex poſſeſſione poſſente; hæc autem identitas e-
22 rat probanda, † Bar. & Imo. in l. is qui reus, ff. de
publi. iudic. Corne. conſ. 144. col. 4. in fi. vol. 3.
Bertran. in conſ. 18. nu. 15. vol. 7. Alcia. cõſ. 403.
nu. 2. Crau. conſ. 112. num. 3. Roland. conſ. 67.
num. quarto, volum. ſecundo, & in dubio præ-
23 ſumitur pluralitas rerũ, † Iac. But. & Bal. in l. 2.
C. de error. aduoc. Alex. conſil. 134. num. ter-
tio, volum. ſecundo. latè dixi in conſil. 61. nu-
me. 13. & ſeq. quinimo vbi ſumus non in rebus,
ſed in actibus licet pluralitas tunc non præſu-
matur, Bald. in l. fin. in fin. C. de reb. cred. Ale-
xan. conſilio 53. colum. 2. vol. 1. cum alijs per
me congeſtis, d. conſilio 61. num. 75. tamen e-
tiam actuũ præſumitur pluralitas, vt falſitas e-
24 uitetur † Cardin. in c. cum tu, vbi Felin. latè,
col. 1. extra de teſtib. Bal. in l. in exercendis,
col. 6. C. de fid. inſtrum. Ruin. conſ. 46. num. 16.
vol. 4. Gram. conſ. crimin. 23. num. 1. conſ. ciui-
li 66. num. 38. latè Crau. in conſ. 701. nume. 2.
præterea, vbi conſtaret Dominum Galeatium
præcisè fructus aliquos poſſente introduxiſſe,
& conſignaſſe, id falſitatem non concluderet,
quia teſtes Domini Curtij non dicunt illum in-
troduxiſſe, & conſignaſſe omnes fructus poſſen
te, ſed loquuntur indefinitè, quæ indefinita in
25 teſtibus non æquipollet vniuerſali. † Innoc. &
alij, in c. auditis, de præſcrip. Alex. in conſ. 108.
volum. ſecundo. Felin. in c. cum omnes, de con
ſtit. Iaſ. in l. 2. num. 10. ff. de lib. & poſthum. Cur.
iun. in conſ. 17. Rip. in conſ. 52. num. 5. Alciat.
conſ. 357. nume. 4. Rimin. conſ. 69. nume. 17.
vol. 2. Gram. voto 26. num. 1. Crau. conſilio 33.
num. 16. Natta in conſ. 412. num. 27. hanc verò
interpretatinem non excludit taxatiua dictio
adiecta, quòd ſolus Curtius conſignabat, quia
poſſunt ſimul ſtare, quòd ſolus conſignauerit
partem fructuum, & non omnes. dicebatur etiã,
quòd ſi Dominus Galeatius conſignauit fructus
aliquos, non tamen infertur, quòd illi eſſent fru-
ctu; poſſente, potuit enim conſignaſſe fructus
aliundè habitos: ego addebam ad excluden-
dum falſitatem, quòd teſtis non dicit ſe in-
terfuiſſe conſignationi omnium fructuum poſ-
ſente,

Digitized by Google

ſente,ſed ꝙ cum ipſe, at alij vellent fructus con ſignare ſub nomine D. Galeatij, is Gabellarius recuſabat acceptare conſignationē,& eius dictū intelligi dēt de conſignationibus, quas ipſemet fecit, non de factis ab alio ſe inſcio, & abſente, id qđ confirmatur quid cauſæ ſcientiæ ſuæ reddit,quia interuenit, audiuit, & eſt informatus ꝗ verbū interuenit referri pōt ad eas,quas ipſe fecit cōſignationes verbū audiuit, & eſt informatus ad eas, quas nō fecit,& ſic ſingula ſingulis referenda ſaluatur à falſitate, & fieri dēt hæc rela-
26 tio,† gl.in l.qui in futurū,ff. de pact.Dec.conſ. 186.col.fi.Crau.conſ.98.nu.11.Riminal.conſ. 31.nu.99.Crau.conſ.177.nu.26. Simon de coniect. vltim.vol.lib.3.interpret.3.dubitat.4.ſolu. 3.nu. 28. Rot. deciſ.757.nu.1.par.1. in nouiſſimis.& cum hæc viſa eſſent ſatis clara, nō curaui alios videre articulos,qui proponebantur,ideſt an ſtatutum locum haberet in reo excipiente,& an in falſitate, quæ non nocebat, ex quo actor ipſe non probauit fructuum quantitatem.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex diſpoſitione conditionali in primis debet probare euentum ipſius.*
2 *Conditio nihil ponit in eſſe.*
3 *Conditio collata in præſens, vel in præteritum tēpus actum non ſuſpendit.*
4 *Sententia eſt incerta quando refertur ad inſtrumentum in actis non productum*
5 *Antequam detur actio purificari debet conditio.*
6 *Falſa demonſtratio non vitiat relictum.*
7 *Differentia inter falſam demonſtrationem,& falſam conditionem.*
8 *Conditio cauſam finalem importat.*
9 *Conditio rem dubiam facit,etiam ſi collata ſit in præteritum.*
10 *Statur referenti,& ſi non conſtito de relato quando referens potuit diſponere.*
11 *Probare volens relationem, duos terminos tenetur probare, referentem ſcilicet, & illum, ad quem ſit relatio, & vterque debet eſſe verus.*
12 *Referenti non creditur ſine relato, quando relatum eſt in conditione poſitum, & ſi dependeat à voluntate diſponentis.*
13 *In dubio diſpoſitio cenſetur pura, & qui eam dicere vult conditionalem probare debet.*
14 *Diſpoſitio collata in præteritum non facit conditionem, ſed demonſtrationem.*
15 *Dictio, illos, eſt demonſtratiua ad oculum.*
16 *Hæres non poteſt negando venire contra factum teſtatoris.*
17 *Quod eſt in conditione, non eſt in diſpoſitione.*

ARGVMENTVM.

De conditione de præſenti,vel preterito tēpore:& de Legato facto his cōceptis verbis, lego tibi centū illos, videlicet, quos Titius Seio legauit.

DECISIO CCCXXXVII.

ARDVA eſt quæſtio propoſita in Senatu inter Dominos Hieronymum Boldrinū pro Domina Octauia ſua vxore,& Dominum Hieronymum Andreaſium hæredem D. Amoroti Andreaſij; petebat.n. Dominus Boldrinus quingentos ducatos ſibi à D. Amoroto relictos in codicillis, ſed Dominus Andreaſius inhærendo verbis codicillorū dicebat ſe nihil debere, qñquidē Dominus Amorotus reliquit ducatos quingentos illos, videlicet ordinatos oretenus per Dominā Dianā vxorem, & per eā relictos Dominæ Octauiæ cum conſenſu ipſius Domini Amoroti,at nullibi conſtat,ꝙ Domina Diana ducatos quingentos reliquit D.Octauiæ: ergo nihil ei debetur, quia participiū illud in codicillis adiectū ordinatos,& legatos,reſoluitur in relatiuū,& verbū perinde ac ſi dictū fuiſſet, quos ordinauit, & legauit gl. in Clem.1. in ver.dignitatibus,de præben.Bar.in l.Centurio, nu.25.ff.de vulg.& pupil. vbi Rip.n.113.infinitos citaui in conſ.127.nu.46.& cōditio importatur ēt per verbū præteriti temporis,vt probat tex.in l.2.§.aliter atq; ff.de hær.inſtit. & probat text. in l. inſtitutio talis,§.fi. ff. de hæred.inſtit. Bar.in l. 1.nu.3.ff.de condit.inſtit.ver.itē oppono cōditio,Aret.Chriſtoph.de Caſtilio. & Soc. in l.Stichū qui meus erit,n.6.ff.de leg.1.vbi Iaſ.
1 nu.20. qui aūt agit ex†diſpoſitione cōditionali dēt ante oīa probare euentū conditionis, l. qui
2 ſub conditione,ff.de cond.& demonſt.quia†cōditio nihil ponit in eſſe,l.cedere diē,ff.de verb. ſignific.l.ſi qs ſub cōditione,ff.ſi quis omiſſ.cau. teſtam.Pariſ.conſ.164.nu.19.vol.4. Socin.iun. conſ.82.nu.18.vol.1.Rol.conſ.70.nu.57.vol.3. latè Simon.de interpret.vlt.vol.lib.5.interpr.2. dub.2.ſolu.1.nu.111.& q̄uis dicamus,ꝙ relatiuum iunctum verbo præſentis, vel præteriti tēporis non facit conditionē,ſed ſolū demonſtrationē,l.1. & l.legata,ff.de cond.& dem.l.cū ad pſens.ff. ſi cert.pet.eſt tex.in d.l. inſtitutio talis, §.fi.vbi dicitur,quòd de præterito nulla eſt conditio,hinc Bart. in l.1.nu.3,ff. de condit.inſtit. dicit, quòd eſt potius cauſa finalis, quàm conditio

ditio, qñ adijcitur per verbum de præterito, l. demonſtratio falſa, §. 1. ff. de cond. & dem. Iaſ. d. l. Stichum qui meus erit, nu. 22. ff. de leg. 1. vnde fit, ꝙ filius, qui non põt inſtitui ſub conditione, poteſt tñ ſub conditione in præſens, vel præteritum tempus collata, vt eſt tex. in d. l. inſtitutio talis, §. fin. ff. de cõd. inſtitut. & Bal. ibi notat, ꝙ ſufficit inſtitutionem eſſe puram ſm̃ veritatem, licet non ſit liquida, & certa, puta, quia ſub conditione, quę iam euenit, & idem Bal. in l. cum ad præſẽs, ff. ſi cert. pet. inquit, ꝙ filius grauatus ſub conditione de præſenti, vel de præterito vera, non dicitur grauatus ſub conditione, ſed purè, iõ non detrahit duas quartas, ſed vnam tantum. Aret. in l. impoſſibilis. in 2. not. ff. de ver. oblig.
3 & dicimus, ꝙ conditio collata in præſens † vel præteritum tempus, non ſuſpendit actum, d. l. cum ad præſens, vbi notant oẽs, vbi Dec. dicit, quod non eſt propriè conditio, ſed potius cauſa finalis quæ vitiat actum, tñ dicitur quoquo modo conditio, & reddit diſpoſitionem incertã, vt inquit Io. And. in c. 2. de elect. in 6. in fi. vbi poſt Io. Mona. dicit, ꝙ etſi conditio de præſenti, vel de præterito non habeat dependentiam in ſui eſſentia, tñ eſt incerta, quia per cauſæ cognitionem videndum eſt, ſi eſt vel non eſt illud, quod fuit poſitum in cõditione. ſequitur Aret. d. l. impoſſibilis, in prin. Butr. in d. c. 2. in fi. vbi Innoc. Hoſt. & Archi. dicunt ꝙ electio, quæ debet eſſe pura, non põt fieri ſub conditione collata in pręſens, vel præteritum tempus, & Bal. in d. l. inſtitutio talis, §. fi. dicit, ꝙ inſtitutio ſub conditione præteriti, vel præſentis temporis, non dicitur liquida, & certa, licet ſm̃ veritatem ſit pura, & idẽ Bal. in d. l. cũ ad præſens, dicit, ꝙ talis diſpoſitio eſt incerta, & dicit Inn. in c. cũ venerabilis, atq; ibi Butr. in §. 1. de exceptio, qđ ſnia † eſt incerta,
4 qñ refertur ad inſtrm̃ non productũ in actis, & in ſpecie, quòd ſit neceſſaria probatio exiſtẽtiæ conditionis, ẽt qñ collata eſt in præſens, vel pręteritum tẽpus, voluit Bal. in d. l. ĩſtitutio talis, §. fi. vbi poſtq̃ dixit filiũ inſtitui poſſe ſub cõditione præſentis, vel præteriti temporis, ſubdit, requiritur tñ probatio eius exiſtentiæ. & ſupra dũ dixit eã valere, loquutus eſt ſub cõditione dum modo inſpecta veritate ſit pura; an aũt ſit ſm̃ veritatem pura, vel non, ſciri nõ põt, niſi mediante probatione. ſic ẽt loquitur in d. l. cũ ad præſens, vbi ait, ꝙ conditio de præterito non vitiat inſtitutionẽ, dũmodo ſit vera, & qđ licet non requiratur ſcientia, requiratur tñ exiſtentia vera, quæ exiſtentia eſt probationibus demõſtranda, ſic ẽt Aret. d. l. impoſſibilis, dicit ſuſtineri talem inſtitutionẽ, dũmodo extrinſecus probari poſſit, ꝙ conditio adiecta eſt vera, Iaſ. in l. inter cætera, nn. 7. ff. de lib. & poſthum. vbi ait, dnmmodo ſm̃ veritatem ſit pura, & magis clarè, ꝙ honoratus ſub conditione collata in tempus pręteritũ, non aliter admittatur niſi probato, ꝙ vera ſit conditio, voluit Coſta ſelect. interpre. lib. 1. c. 1. nu. 1. circa med. ver. atq; filius, vbi ait, ꝙ in tribus exemplis per eum poſitis, inter quæ primum erat, ꝙ ille Seius, quẽ codicillis hæredem ſcripſit hæres ſit, uon prius filius ad hæreditatem patris admittendus erit, q̃ probet veram eſſe conditionẽ adiectã, quia vt ipſe ibi in fi. dicit, q̃uis filius inſpecta iuris forma dicatur purè inſtitutus, tñ ꝓbatio conditionis pertinet ad factum, & nõ ad ius, & dicit Bar. in l. demonſtratio falſa, in prin. nu. 5. ff. de cond. & dem. ꝙ conditio importata per verbum pręſentis temporis non eſt propriè conditio, ſed ita nominatur, quia perimit diſpoſitionẽ eo modo, quo eã perimit conditio deficiens, idem dicit in l. ſi ſic, §. 1. n. 5. ff. de leg. 1. & clarius in d. l. demonſt. falſa, §. 1. nu. 6. vbi Soci. nu. 3. ex prædictis igitur cõcludendũ videtur, ꝙ Domina Octauia non aliter cõſequi poſſit legatum ducatorum quingentorũ ſibi ſub conditione relictorum, quàm ſi prius probet eoſdem ducatos ſibi fuiſſe à Domina Diana relictos, quia
5 purificari † debet conditio antequam detur actio, & relictum dicitur incertum.

6 Et non obſtat, ꝙ falſa demonſtratio non † vitiet relictum, l. demonſtratio falſa, in prin. ff. de cond. & dem. l. falſa, in prin. ff. eod. §. huic proxima, Inſtitut. de legat. l. legaui, ff. de liber. leg. l. ſi ſic, §. 1. vbi Doct. ff. de legat. primo. l. 3. & l. fi. C. de falſ. cau. adiecta leg. Doctor. in l. 1. §. adeo, ff. de dot. pręleg. Caſtr. in l. ſi ſeruns, §. qui quinque ff. de leg. 1. præcipuè aũt id obtinet, qñ cõſtat de re legata. Bar. in d. l. demonſtratio falſa in prin. nu. 4. latè comprobat Alba in conſ. 19. nu. 4. & ſeq. vbi ait corpus poſſe verſ. ẽt poſt factum. Reſpondetur enim, id verum eſſe, qñ ob falſitatem talis demonſtrationis non deficit ſubſtantia rei relictæ: at ubi corruente demõſtratione ſubſtantia deficit, tunc falſa demõſtratio uitiat, l. ſi ſic, §. 1. ff. de legat. primo, ubi legatum alicui factũ de eo, qđ per tertium debetur, non præſtatur, ſi tertius nihil debeat. ſequũtur ibi Bar. n. 5. Ang. Caſtr. & Iaſ. nu. 4. qui dicũt procedere ubi quantitas certa ſit expreſſa, ſiue non, & ibi ẽt Caſt. nu. 3. Iaſ. in l. Sticum qui meus erit, nu. 12. ff. de leg. 1. ubi allegat Caſtr. & Alex. ibi, & multa alia iura. Craſſus, in §. legatum, q. 59. in fi. in propoſito aũt ſi nõ cõſtat de relicto. facto ab uxore, deficit ſubſtantia legati facti à viro, qui reſtrinxit ſe ad illos ducatos, quos uxor reliquerat, & hęc reſtri

ctio

ctio ſignificatur per verbum, videlicet, adiectũ diſpoſitioni. Bar. in l. 1. ff. ad leg. Aquil. in l. quæſitum, §. pen. ff. de fund. inſtr. Iaſ. in l. ſi pluribus, nu. 11. ff. de leg. 1. Purpur. conſ. 475. nu. 3. Socin. iun. conſ. 123. nu. 7. vol. 3. Cephal. conſ. 704. nu. 15. Pariſ. conſil. 17. nu. 38. vol. 3. Burſa. conſ. 9. num. 18. Riminal. in conſil. 67. num. 42.

Rurſus ex alio oſtenditur, quia non ſimpliciter dixit teſtator ſe relinquere quingẽtos ducatos relictos à ſua vxore, ſed addidit ſe illos relinquere, quos vxor reliquerat; quæ uerba oſtendunt teſtatorem nõ in genere quingentos ducatos relinquere voluiſſe, ſed certũ corpus, & ſpeciem in legato venire, adeo qđ niſi verificentur demõſtrationes illi corpori, ſeu ſpeciei adiectæ nullum erit legatum tamq̃ de re incerta, & quæ non ſit in rerũ natura; ita declarat Coſta ſelect. interpr. li. 1. c. 5. ubi infert, ꝙ etſi legatũ ſuſtineatur qñ dicit᷑ relinquo Titio centũ, quos habeo in arca, ẽt ſi uerè nõ ſint, ſicut & qñ dicitur lego Titio centũ quos ei debeo, d. l. ſi ſic, §. 1. Caſtr. in d. l. ſi ſeruus, §. qui quinque, tñ fallit, qñ dicitur lego illos centũ, quos habeo in arca, vel quos illi debeo, quia tunc ſi nõ ſint in arca, uel ſi nõ debeantur, legatũ erit nullum, tamq̃ de re, quæ nõ ſit in rerum natura. q̃ concluſionem idem Coſta in d. l. 1. c. 1. nu. 8. dicit adeò uerã, ut procedat ẽt qñ pronomẽ adijcitur perſonæ, quæ alioqui certa erat: nã & tunc uult, ꝙ corpus habeatur pro incerto, & perſona pro incerta, & infert; ꝙ ſi dicat ille Titius filius meus ſit hæres, quem ſcripſi in codicillis, quamuis certa ſit filij perſona propter expreſſionem proprij nominis, nihilominus ſi in codicillis non reperiatur inſtitutus, nõ erit hæres, & hoc modo intelligitur tex. in l. inſtitutio talis. §. fin. ff. de cond. inſtit.

Reſpondeo tertio, quòd in præſenti facto nõ agimus de ſola demõſtratione, ſed de conditione importata per participiũ ordinatos, & legatos, vt ſupra dixi. in princ. iõ quidquid ſit in demonſtratione falſa. aliud eſt in conditione falſa quia falſa conditio ſemper vitiat, l. cum in 2. ff. de iniuſt. rup. teſtam. & hanc differentiam inter

7 falſam † conditionẽ, & falſam demonſtrationẽ, ponit tex. in d. l. ſi ſic, §. 1. ver. nã inter, vbi Bart. ff. de leg. 1. hinc dixit idem Bart. in d. l. demonſtratio falſa, §. 1. nu. 6. & 13. ff. de cond. & dem. ꝙ ubi cã exprimitur conditionaliter, falſa cã annullat actum, ſed qñ ponitur cauſaliter, non vitiat actum, Marius Auguiſ. conſ. 129. num. 5. & quamuis non ſit propria conditio illa, quæ confertur in futurum, ſuſtinetur tñ in uim cauſæ finalis, quæ actũ deſtruit, vt per Bart. in l. 1. nu. 3. ff. de cond. inſtitut. Iaſ. in d. l. Stichum qui meus erit, nu. 22. & in d. l. ſi ſic, §. 1. n. 2. & 3. cum ergo in facto adiecta fuerit conditio q̃uis de præterito, illa dẽt ante oĩa uerificari, & ſi reperiatur falſa uitiabit legatum, & rõ prædictorum eſt, quia

8 † conditio cãm finalem importat, Bar. Imol. & Rom. in l. 2. §. fi. ff. de donat. & iõ ſi ſit falſa uitiat actũ, adduntq; Rom. & Imol. id procedere in cõtractibus in legatis, & ĩ alijs diſpoſitionibus Tiraq. ceſſan. cauſ. limit. 1. nu. 41. & ſeq. cã aũt finalis ſi falſa eſt, deſtruit actũ. Doct. in l. 1. C. de falſ. cau. adiect. leg. Ruin. in conſ. 137. nu. 11. uol. 3. ubi qđ uitiat ẽt contractum. Card. Mantic. de cõiect. vltim. uolunt. lib. 6. tit. 14. nu. 14. Bar. in d. l. demonſtratio falſa, §. qđ aũt, & in l. ſi. ff. de hær. inſtit, Corn. in conſ. 153. in princ. uolu. 2. Bero. conſ. 23. nu. 24. uol. 2. & conſ. 28. num. 10. eod. uol. & non mirũ, quia falſitas finalis cauſæ uitiat omnẽ diſpoſitionẽ, ut poſt Anch. inquit Crau. in cõſ. 258. n. 12. latè Rimin. conſ. 755. n. 48. & ſeq.

Nec mouebit ſi dicatur, ꝙ in caſu noſtro Domina Octauia nõ habet neceſſe probare, ꝙ Domina Diana ſibi reliquerit quingẽtos ducatos, ex quo teſtator ipſe uidetur id fateri dũ relinq̃t illos iam legatos à Domina Diana, quia negatur teſtatorẽ id fateri: nam cũ ponat ſub cõditione

9 an fuerint relicti, nõ fatetur, † conditio. n. rẽ dubiam facit, ẽt ſi collata ſit in præteritũ. Bart. d. l. demõſtratio falſa, §. 1. nu. 6. ubi ẽt Socin. nu. 3. & procedit hoc ẽt qñ id, quòd ſub conditione ponitur, eſt propriũ factum teſtatoris, vt probatur in l. inſtitutio talis, §. fi. ff. de cond. inſtit. vbi etſi agatur de codicillis factis à teſtatore, tñ eſt probandum, quòd Seius ſit ſcriptus in codicillis, quemadmodum ſupra probaui ex Bal. ibi, & alijs, præcipuè Coſta d. lib. 1. c. 1. nu. 1. quinimo id procedit ẽt qñ cõditio adijcitur perſonę, alioquin certæ, q̃a nihilominus eſt purificanda, q̃uis reſpiciat veritatẽ perſonæ, Coſta ibi, vbi ait nu. 6. & ſeq. qđ etſi certa ſit perſona filij, tamen habetur pro incerta, ſi ei non conueniat conditio.

Et quamuis dici ſoleat, quòd ſtatur referen-

10 ti, non † conſtito de relato, quando referens poterat diſponere Bal. in l. inciuile, ff. de legib. Doctor. omnes in auth. ſi quis in aliquo, C. de eden. Caſtr. Alex. Felin. Dec. & Crau. quos citat Simon de Pret. in tract. de interp. vltim. uolunt. lib. 2. interpr. 4. dubit. 2. ſolut. 2. num. 238. uerſ. ſed quid ſi nõ apparet, folio 172. Bero. cõſ. 198. num. 23. uol. 1. Menoc. conſ. 90. num. 42. tamen negatur, quod hoc pendeat à uoluntate Domini Amoroti, quia ſuum non erat efficere, quòd Domina Octauia haberet quingentos ducatos à Domina Diana.

Secundo reſpondetur, quod ut ſtetur referenti

tenti neceſſe eſt,quòd diſpoſitio relata plenè,& integrè referatur, ita ꝙ ſimus certi de voluntate diſponẽtis.Bal.& alij in l.1.C. de epiſ.& cler. Dec.d.auth.ſi quis in aliquo, nu. 40. vbi addit Specul.Rom.& Abb.Rip.in l.admonẽdi,nu.35. ff.de iureiur.Crau.in conſ.157.nu.13.Bello.cõſ. 36.nu.7. Oſaſ. deciſ.39.nu.4.in caſu aũt noſtro relatio eſt mutila, quia non dicitur qualitates legati,nec cõditiones, quæ fortè adiectæ erant, & non ſumus certi de voluntate diſponentis,ex quo loquutus eſt ſub conditione, vt oſtendi ſupra,& reſtrictiuè per dictionẽ, videlicet, & per pronomen, illos, ex quibus adiectionibus conſtat, ꝙ teſtator nihil voluit de ſuo relinquere. Reſpondeo tertio, qđ tunc ſtatur referenti qñ diſpoſitio eſt pura,& Simplex,ſecus qñ eſt conditionalis;nam tunc,quia relatio eſt ſub cõditione debet de relato conſtare,vt purificetur conditio. hinc dicebat Bald.in c.1. in fine princ.de
11 feud.guard.ꝙ probare volens relationẽ † duos terminos tenetur probare,referẽtem ſcilicet,& illum,ad quem fit relatio, & vterque debet eſſe verus.allegat Innoc.& Io.And.ſequitur Iaſ.in l. ſi ſic,§.1.nu.19.ff. de leg. 1. ita aũt in facto noſtro terminus referens nihil certi ponit,quia cõditionalis de relato vero non conſtat. Quarto
12 dico,ꝙ tunc referenti non creditur † ſine relato,qñ relatum eſt in conditione poſitum,ẽt ſi dependeat à poteſtate diſponẽtis,d.l.inſtitutio talis,§.fi. vbi erat in poteſtate patris inſtituere filium,& tum quia refert,ſed ad aliam inſtitutionem, quam ponit in conditione, non ſuſtinetur vltima,niſi conſtet de prima inſtitutione.

Ex parte Dominæ Octauiæ dicebatur diſpoſitionẽ eſſe puram,non conditionalem, & conſtare de ſubſtantia legati, ẽt ſi de relato vxoris le-
13 gati non appareat, in dubio aũt diſpoſitio † præſumitur pura, & qui dicit conditionalẽ tenetur probare,l.1. in princ. vbi Soc.not.ff.de cond.& dem.& pronomen illos,adiectum legata nõ importat ſui natura conditionem,vt inquit Bar.in
14 d.l.1.nu. 27. & diſpoſitio collata † in præteritum non facit conditionẽ, ſed demonſtrationẽ, Bar. in ea. l.1.n.28.& ſupra probaui in princ. & q̃uis aliqñ appelletur cõditio,tñ eſt impropriè, vt voluit Bar.d.l.1.nu. 2. vbi loquitur ẽt ſi vſus ſit teſtator dictione,ſi, quæ ſui natura efficit diſpoſitionẽ conditionalem, & dicit tex.in l.conditio talis,§.fi.qđ nulla eſt conditio,quæ in præteritum conferatur;& non põt ratio diuerſitatis adduci,quare cõditionalis potius ſit diſpoſitio, qñ dicitur lego illos quingentos, q̃ vbi dicitur
15 lego quingẽtos,quos legauit vxor mea,& † dictio illa facit demõſtrationem, quia eſt demonſtratiuum Bart.de nouo codic.facien.nu.2.falſa aũt demonſtratio non vitiat,dictũ eſt ſupra præcipuè qñ conſtat de corpore,nec ea demonſtratio reddit incertam ſubſtantiã legati, quia ſatis certa eſt quãtitas ducatorũ quingentorũ,ſiue illi fuerint relicti ab vxore,ſiue nõ, attento,ꝙ vtroque caſu erãt ad hæredem ipſius D.Amoroti legantis præſtandi.Idem verò erit ſi dicamus,iõ legaſſe teſtatorem, quia credidit vxorẽ ſuam legaſſe: nã falſa quoq; cã non vitiat legatũ,niſi ſit finalis, l.1. vbi Docto.C. de fal. cau.adiect.leg. Nec põt fundamentũ fieri ſuper illa dictione videlicet. quia demonſtratiuè,& declaratiuè ſtat, qñ per eam repetitur dinumeratio, & expreſſio omniũ,quæ ſupra continebantur.Bart.in l.quæſitũ,§.ſi quis fundũ,col.fi.ff.de fund.inſtr.Ruin. conſ.97.nu.15.vol.2.Dec.& Bero.quos citat Simon de pret.de interpret.vlt.vol.lib.2.interpretat.4.dub.2.ſolu.4.nu.10.folio mihi 157.ſupra etenim dixerat de q̃ngẽtis aureis ſubdit de illis intelligere, quos vxor legauerat. ecce,qđ nihil erat reſtringendũ.Et quidquid ſit,ſi conditionẽ dicamus ineſſe,& legatariũ alioq obligatũ probare quid fuerit legatũ, tñ in caſu noſtro ſtante cõfeſſione teſtatoris,eximitur legatarius ab onere ꝓbandi id qđ teſtator factũ fuiſſe fatetur, &
16 hæres non põt † negãdo venire cõtra teſtatoris confeſſionẽ,l.cũ à matre,C.de rei vend. & confeſſio illa nocet hæredi,l.generaliter,C. de non nume.pec.Crau.conſ.125.nu.2.dixi in conſ.60. nu.1.Bal.in l.Titia,§.Gaius,ff.de leg. 2.licet poſſit oſtendere illius errorem,ſecundum Bal.in l. error,circa fi.C.de iu.& fact. ignor.l.non iccirco, vbi Docto.C.eod.tit.Afflict.deciſ.133.Dec. conſil.475.nu.29. Cephal.conſ.532.nu.23.Meno.conſ.89. num.19.

Harum tñ rationũ nonnulli ex dominis dicebãt nullã eſſe uim,qa ſiue uelimus verba illa importare cõditionẽ,ſiue cãm,ſiue demõſtrationẽ, nõ aliter legatũ debetur, niſi de veritate cõſtet de cõditione res clara eſt in cã, idẽ eſt, quia ea cohæret legato,ex quo erat obligatoria,tenebatur .n.tamq̃ hæres vxoris ſoluere,ſi verè vxor legaſſet, & propterea eſt finalis,& ſi falſa eſt, vitiat legatũ, Bar.in l.demõſtratio falſa,§.1.nu.13.ff.de cond.& dem.& dicit ibi Cuma.ꝙ teſtator cenſetur legare potius aĩo cõfitendi,q̃ legandi.ſequitur Socin.nu.3.ver.circa tertiam quæſtio.eſt aũt falſa.quia in propoſito nõ legitur vxorẽ aliquid legaſſe,ergo vitiatur relictũ,ſi vero eſt demonſtratio, idem dicendũ omnino, quia hic ducati quingenti relicti ſunt,nõ tamq̃ pecunia in genere,ſed tamq̃ corpus, & ſpecies iõ niſi de relicto vxoris appareat,dicitur non conſtare de corpore,

re,

re,vel ſubſtantia legati.Coſta d.c.1.& c.5.& dictio illa, videtur, nō repetit oīa in genere ſupra dicta, quia ſupra dixerat teſtator de quingentis ducatis in genere, poſtea verò reſtringit ſe ad illos, quas vxor reliquerat, atq; ita ꝙ generaliter fuerat ſupra expreſſum reſtringit ad ſpeciem, & aſſertio teſtatoris non releuat à probādi onere,
17 ĕt qñ eſt in proprio facto, quia ꝙ† eſt in conditione nō eſt in diſpoſitione, gl.in l.Lucius, la 2. ff.de vulg.cū ſimil.& ſi teſtator voluiſſet ſupponere ꝓ certo non potuiſſet in cōditione, & ꝙ ĕt in facto ꝓprio teſtatoris cōditio ſit probāda ab eo q petit, voluit Bal.in d.l.inſtitutio talis, §.fi. Coſta, d.§.1.num.1.& alij, quos ſupra citaui.

SVMMARIVM.

1 *Haeredum infraſcriptorū appellationę veniunt non ſolum inſtituti, ſed etiam ſubſtituti.*
2 *Hæredum infraſcriptorum appellatione veniunt tantum illi, qui legi poſſunt oculis corporeis, non qui poſſunt intelligi.*
3 *Hæredis ſcripti appellatione venit hęres hęredis*
4 *Statutum mandans inſtrumētum executioni mitti contra debitorem in eo deſcriptum, habet locum etiam contra hæredem debitoris.*
5 *Remedium l. fi. C. de edict. Diui Adr. toll. quod conceditur hæredibus ſcriptis, datur etiam Epiſcopo, vel alij executori teſtamentario.*
6 *Scripti dicuntur verè pauperes inſtituti, licet eorum propria nomina non ſint expreßa.*
7 *Scripti non dicuntur pauperes inſtituti nominandi à tertio, præſertim non facta nominatione.*
8 *Hæredis nomen proprium exprimere non eſt neceſſariū, ſed ſufficit eū certo ſigno demonſtrare.*
9 *Inſtitutio facta ſub nomine appellatiuo valet.*
10 *Collegium, Ciuitas, & Reſp. poſſunt inſtitui.*
11 *Legatum factū pauperibus nō obſtante incertitudine ſuſtinetur fauore piæ cauſæ, & declaratur de pauperibus, qui ſunt in domicilio teſtatoris.*
12 *Incertitudo non vitiat, quando venit extrinſecus ab homine, vel à lege certificanda.*
13 *Perſonam eſſe certam, vel certificari poſſe, paria ſunt.*
14 *Epiſcopus loci eligit pauperes, quando legatum eſt factum pauperibus, & ſub num. 11.*
15 *Lex ſemper eſt certa.*
16 *Hæres in re certa habetur pro hærede vniuerſali quādo nō eſt datus cohæres, vel datus repudiat, eique competit remed. l. fi. C. de edict. Diui. Adr. tollen.*
17 *Agnatis inſtitutis, veniunt omnes de familia gradatim, prout quiſque eſt proximior.*

ARGVMENTVM.

An agnati generaliter ſubſtituti, caſu quo hęredes nollent, vel nō poſſent eſſe hæredes, dicātur ita nominati, ꝙ loquendo teſtator in alia parte teſtamēti de hæredibus infraſcriptis, intelligi poſſit de ꝑdictis agnatis, ſic vt ſupra collectiuè vocatis, & nō de ijs ſolis per nomina ꝓpria vocatis?

DECISIO CCCXXXVIII.

IN ea cauſa Andreaſia, & Strigia incidit decidendus articulus, an agnati, qui fuere generaliter ſubſtituti, caſu quo hæredes nollent, vel non poſſent eſſe hæredes, dicantur, ita nominati, ꝙ loquēdo teſtator in alia parte teſtamenti de hęredibus infraſcriptis, intelligi poſſit ĕt de prædictis agnatis, ſic, vt ſupra collectiuè vocatis, & nō de ijs ſolis, qui fuerint vocati per nomina propria, & vbi forte alicui ſuperflua videatur, quæſtio, ſciendū eſt ꝙ appellatione hæredum infraſcriptorū, veniunt non ſolū inſtituti,
1 ſed ĕt ſubſtituti. l. 1. in † princ. ff. de vulg. & pup. Corn. in conſ. 279. num. 1. & ſeq. vol. 3. Crau. in conſ. 243. nu. 1. ver. & licet teſtator, comprobat Simon Pret. de coniect. vlt. vol. lib. 2. interpret. 4. dubit. 2. ſolut. 2. nu. 215. folio mihi 171. Bar. l. qui liberis, §. hæc verba nu. 6. & 7, ff. de vulg. vbi Imo. & Caſtr. ꝑci puè, cū prædicti oēs ſint vulgariter ſubſtituti, hoc aūt ſtante, videtur, ꝙ dicti agnati collectiuè vocati, nō veniant appellōne infraſcriptorū hæredū, per id qd voluit Bart. in l. qui liberis, §. hæc verba, in fine, ff. de vulgari, & pupillari, vbi ait, ꝙ ſi teſtator inſtitutis pauperibus nominandis, vel eligendis p aliquē ꝓ parte & pro alia parte Titio, & fratre dicat in aliqua particulari ſubſtitutione, tali decedēti ſubſtituo infraſcriptos hæredes, non veniēt pauperes prædicti, qa ſcripti dicūtur illi, qui legi poſſunt cor
2 poreis oculis, nō q intelligi poſſunt, licet† aliud ſit ſm̄ eum, qñ alij non fuiſſent hæredes inſtituti pręter dictos pauperes, qa tunc de neceſſitate in eis verificarentur verba ſubſtitutionis, ſequitur Imo. in l. ſi quis filiū. §. fi. in fi. ff. de acquir. hęred. vbi dicit ſe pridie conſuluiſſe apud Fauentiam. Alex. in l. Gallus, § ĕt ſi parente, nu. 8. ff. de lib. & poſthum. & in conſ. 173. nume. 4. vol. 5. in d. l. qui liberis, §. fin. num. 11. ubi inquit hāc doctri-

nam

nam eſſe bene notandam, vbi Iaſ.num.13. hanc defendit ab impugnationibus Aret. qui ibi tenuit contrariũ. eandem probauit Crot.in l.2. in princ.nu.4.ff.ſolut.matrim.Dec.in l.qui per ſucceſſionem,nu.4.ver.2.reg.& ibi Cagnol.alios citans,num.8.ff.de reg.iur.& hanc concluſionem dicit veriſſimã Aret.in d.l. ſi quis filiũ,§.fi. col. 1.Card.Mant. de coniect. vltim.volũt.lib.8.tit. 14.in fin.Menoch. in conſ.86.nu.43.& in conſ. 95.nu.28. Simon d.ſolut.2.n.214.& ego ſequutus ſum,in conſ.123.nu.13. ſicuti igitur pauperes inſtituti nõ poſſunt verè dici infraſcripti,ita nec agnati:cũ eorũ nomina corporeis oculis legi nõ poſſint in teſtamẽto,& dicit Iaſ. in d.l.qui liberis,§.fin.circa fin.qđ etſi Bartoli deciſio dubia ſit, tamen pro ea conſuleret, & iudicaret.

Ego tamen reſpondebam, ꝙ illa opinio non eſt vndique tuta: nam ẽt hæres hæredis venit ap
3 pellatione ſcripti hæredis,† l.1.vbi Bald.not.C. quor.legator.vbi poſt Bar.Bal.infert ad notabilem deciſionem,& dicit Caſtr.in l.poſtulante,in prin.ff.ad Trebel.ꝙ ſtatutũ mandans inſtrumentum executioni mitti contra debitorẽ in eo deſcriptum,locũ habet ẽt contra hæredem debito
4 ris.† Alex.in conſ.18.vol.5.Iaſ.d.l. qui filiũ,§. fin.nu.15.& d.l.qui liberis,§.fi.circa finem, vbi ait deciſionem Bart. in contrariũ allegatam videri ſibi dubiã,per prædicta.Cag.d.l.qui per ſucceſſionem,nu.5. Secundo redditur dubia ex cõi illa concluſione,quæ habet,qđ etſi remedium l. fin.C.de edict.diu. Adr.tollen.detur ſolum hæredibus ſcriptis,tñ Epiſcopus vel alius executor teſtamentarius, qui non eſt ſcriptus, admittitur
5 ad illud remedium. † ſm̃ Bart.ibi nu.12. Albe. nu.12. Bal.nu.36.Alex.nu.10.Iaſ.nu.11.& alios plures,quos citat,& ſequitur Meno. de adipiſc. poſſ. remed.4.nu.256. per q̃ rationem. Aret. in d.l.qui liberis,§.fi.col.fin.impugnat eam Bar.deciſionem.Sed illa poſita, prout non obſtat ex alio,quia Bar.loquitur,non qñ pauperes ſunt ſimpliciter,& abſolutè vocati,ſed qñ illi ſunt inſtituti,qui eligẽtur,vel nominabuntur per aliquẽ, tales.n.qui poſtea nominantur,verè non dicuntur ſcripti,quia ante nominationem ſunt incerti, & incogniti,& corporalibus oculis legi non poſſunt.& ratio eſt:quia qui ſuccedit miniſterio alterius perſonæ mediante,nõ dicitur à teſtatore ſcriptus, & plurimum refert quomodo verba teſtamenti ſint concepta, vti admonet ipſemet Bar.loco prædicto,n.7. in fi. ipſe autem ponit qõnem in pauperibus eligendis,& nominandis, & quærit, an electi dici poſſint ſcripti, ſed vbi teſtator non ſe referendo ad electionem, vel nominationem alterius, vocat ſimpliciter pauperes, tunc illi dicuntur verè, & propriè
6 ſcripti† vt probatur ex deciſione Baldi poſt Iacob. Butr. in l. ſi quis ad declinandam,in princ. nu.6.C.de ſacroſ.eccleſ.vbi dicit,ꝙ pauperes inſtituti dicuntur verè ſcriptis,& ꝙ ideo datur eis remedium l.fi.C.de edict.diu. Adr. quia pro eis cõparet Epiſcopus,ſicuti pro hærede ſcripto ꝓcurator, tutor, vel alia ſimilis perſona, & dicit ibi Butr.qđ ita fuit obtentũ,cũ alijs, quos ſupra citaui.Aret.d.l. ſi quis filium §.fin.col.2.& dicit Dec.nu.29.ver.ſed non eſt recedendum,ꝙ pauperes dicuntur ſcripti,& nominati in teſtamento,& ꝓ eis admittitur Epus,vel executor, ſicuti tutor pro minore,hoc ẽt dicit Iaſ. in l. qui liberis,§. hæc verba, nu.13.dicens, ꝙ vbi pauperes ſunt inſtituti dicũtur in ſpecie nominati, & ſcripti.Zucar.d.l.fi.nu.251.ver.ad tertium,vbi ait, pauperes dici ſcriptos,& nominatos,& Epiſcopum admitti tamq̃ procuratorẽ eorũ. ſequitur Menoc.d.rem.4.nu.264. verſ. 2. aduerſus receptam. Et hanc differentiam inter pauperes ſimpliciter vocatos, & pauperes nominandos,con
7 ſiderat† Zucard.d.nu.251.ver.ad tertiũ, in fine, dũ reſpondendo ad deciſionẽ Bar.in d.l. qui liberis,§.hęc verba,dicit in caſu Bar.pauperes nõ eſſe ſcriptos, & in caſu ibi propoſito eſſe ſcriptos, iõ deciſionem Bartoli non ſibi aduerſari; quaſi dicat,in caſu Bartoli pauperes nõ ſunt ſcripti, quia ſunt nominandi à tertio: in caſu meo ſunt ſcripti,quia nominati. Menoc.de adipiſcẽ. poſſeſſ.remed.quarto,nu.264.& hic eius ſenſus magis colligitur ex ſequentib. ipſius Zucar.verbis,dum ait,facta pauperũ nominatione per electum à teſtatore, videri ꝙ ẽt in caſu Bartoli hæredes dicãtur ſcripti; atq; ita reſtringit deciſionem Bartoli ad caſum qñ nondũ facta eſt nominatio.& iõ oẽs Doctores, qui Bartoli quæſtionẽ examinant,loquũtur cũ miſterio,ſemper de nominandis,& eligẽdis,& Aret.in d.§.hæc verba, dicit,ꝙ nondũ nominati,nõ dicuntur ſingulariter ſcripti, ſed in genere.diuerſitatis aũt rõ eſt: quia vbi pauperes ſimpliciter vocantur, tũc nõ ſolũ veniũt iudicio teſtatoris,ſed verè dicuntur ſcripti, & legi poſſunt oculis corporeis,cũ verò inſtituũtur pauperes eligendi p aliũ, tunc licet illi veniant iudicio teſtatoris,ſm̃ Bar.in d.§.hęc verba,tñ legi nõ poſſunt in teſtamẽto, nec eorũ perſona certificatur ex teſtamenti ſcriptura, ex quo certificatio pendet à miniſterio alterius, & hac rõne Alex.in conſ.173.nu.4.ver.ergo in ꝓpoſito noſtro,vol.5.dicit,qđ etſi teſtator in reciproca ſubſtitutione facta inter nepotes,mentionem fecerit de liberali,& eius hęrede,tñ ſubſtituẽdo exinde infraſcriptos hęredes,non veniũt hæredes

hæredes liberalis, quiá non poſſunt dici nominatim vocati, ex quo tempore teſtamenti erant eligendi, & nominádi à liberali, atq; ita à tertia perſona, & ꝙ in caſu Baldi pauperes ceſſeantur, & ſint ſcripti, admittit Iaſ. in d.l. qui liberis. §. fi. dũ ait, quod Epiſcopus mittitur in poſſeſſionem tãquam procurator pauperum inſtitutorum.

Confirmatur hæc reſolutio, quia non minus dici dẽt ſcriptus hæres, qñ Collegium Doctorum, vel vniuerſitas mercatorum, vel agnati, vel affines inſtituuntur, ꝙ vbi vocatur Ambroſius, Antonius, vel alius quiſpiã ſuo adiecto cognomine, at vis nõ eſt in ꝓprio nomine, ſed in perſonæ inſtitutæ certitudine, non.n. neceſſe eſt, ꝙ hæredis propriũ nomen exprimatur, ſed ſuf-
8 ficit ſi certo ſigno demonſtretur, † l. quotiens, §. ſi quis nomen, ff. de hæred. inſtit. Bar. in l. Gallus, §. inſtituens, nu. 1. & ibi Iaſ. nu. 5. in fi. verſ. 2. opponit, ff. de lib. & poſthum. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 3. nu. 9. vbi probat valere inſtitutionem fratrum ſub nomine appellatiuo. qđ
9 et dicunt † Caſtr. Alexan. Iaſ. & alij, in l. 1. ff. de lib. & poſthum. Simon de coniect. vltim. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 4. ſolut. 1. nu. 5. & 6. fol. 320. & clarius lib. 3. interpret. 1. dubit. 3. ſolu. 1. nu. 1. & ſeqq. fol. 186. ꝙ ſi ille ſolus ſcriptus diceretur, qui proprio nomine exprimitur, ſequeret abſurdũ, ꝙ ij nunq̃ dici poſſent ſcripti, qui proprio nomine appellari non poſſunt, vti Collegium, ars, agnatio, & ſimiles perſonæ. iõ Ruin. conſ. 29. nu. 7. vol. 2. remittit nepotes venire appellatione infraſcriptorũ hæredũ, licet ex alijs in ſuo caſu neget id verum eſſe, & qđ Collegiũ
10 poſſit inſtitui † probatur in l. Collegiũ, C. de hæred. inſtit. l. 1. §. ſin aũt Collegium, ff. ad Trebell. l. omnibus, ff. ad Trebell. l. ſi hæres, §. vicis, ff. de leg. 1. Coſta in c. ſi pater. in 1. par. in ver. pauperes, num. 2. de teſtam. in 6. vbi dicit Ciuitatem, vel rem publicam inſtitui poſſe.

Contra tñ prædictam noſtrã declarationẽ facit, quia videtur, ꝙ inſtitutio pauperum ſimpliciter facta, & nõ expreſſa qualitate eligendorũ, vel nominandorũ ſit incerta, & legi non poſſint pauperes oculis corporeis, conſequenter, ꝙ non veniant pauperes ſub nomine infraſcriptorũ hæredum, vt probatur in l. id qđ pauperibus, C. de Epiſcop. & cler. vbi gl. dicit ſpeciale eſſe fauore piæ cauſę, ꝙ relictum pauperibus ſuſtineatur nõ
11 obſtante incertitudine, † gl. in c. cũ ſibi. in fi. de teſt. vbi dicit pauperes eſſe incertas perſonas, & ꝗuis ea incertitudo declaretur à lege, & fiat certa inſtitutio, quia intelligitur de pauperibus, qui ſunt in domicilio teſtatoris, l. nulli, C. de Epiſ. & cler. glo. in c. ſi pater, in ver. pauperes, de teſtam. in 6. Didac. d. c. cum ſibi, nu. 14. Archidiac. in d. c. ſi pater, vbi Franch. nu. 63. dicit eſſe inductum fauore pię cauſæ, gl. in l. quidã relegatus, vbi Bar. & alij, ff. de reb. dub. Tiraq. de priuileg. pię cauſ. priuileg. 56. latè Coſta in d. cap. ſi pater. par. 1. in ver. pauperes, nu. 2. & 3. ver. ego aũt reſoluo. qui nu. 11. dicit cenſeri vocatos pauperes eiuſdẽ Ciuitatis Benincaſ. in tract. paup. q. 9. in 3. Speciali vltim. vol. nu. 29. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. li. 4. tit. 6. nu. 7. & lib. 8. tit. 5. nu. 1. & 2. Rimin. cõſ. 726. nu. 18. Simon li. 3. interpret. 1. nu. 156. Sed nec id debet turbare ſenſum prædictũ, quia vbi pauperes ſunt inſtituti, tũc incertitudo ex legis authoritate dirimitur ab Epõ loci, l. id ꝙ pauperibus, & l. nulli, C. de epiſ. & cler. Bal. in l. id qđ pauperibus, in 1. oppo. Anch. d. c. ſi pater nu. 14. in 5. oppoſ. vbi dicit, ꝙ incertitudo nõ vitiat, qñ venit extrinſecus à lege, vel ab homine
12 certificãda. † Salic. in d. l. id qđ pauperibus, nu. 1. vbi dicit, ꝙ lex ſingulari fauore piæ cauſæ intromiſit ſe pro tollenda incertitudine. idẽ dicit Socin. in d. l. quidam relegatus, nu. 12. & paria ſunt, ꝙ perſona inſtituta ſit certa, vel certificati
13 poſſit, † §. incertis verò. Inſtit. de leg. probaui in conſ. 128. nu. 19. & 20. Card. Mant. lib. 8. tit. 4. nu. 18. & Epiſcopus id facit tamq̃ legis miniſter,
14 † vt poſt Ang. dicit Boer. deciſ. 38. nu. 23. quem citat. Benincaſ. d. q. 9. in 9. ſpeciali vltim. volunt. nu. 10. eſt. n. pater tutor, & procurator pauperũ. vt probat Menoc. d. rem. 4. nu. 25. Cum igitur incertitudo pauperũ reſoluatur à lege haberi dẽt inſtitutio pro certa, atque iõ pauperes dicuntur ſcripti hæredes. Addo, ꝙ ex quo lex declarat generalem pauperum inſtitutionẽ intelligi de his, q ſunt in domicilo teſtatoris, teſtator inſtituendo videtur de illis quoq; ſenſiſſe, argumẽto l. hæredes mei, §. cũ ita, vbi Doct. ff. ad Trebell. qđ ſecus eſt in quæſt. Bart. in d. §. hæc uerba, ubi erãt ab homine certificandi, eligendi, & nominandi; aliud enim eſt, ꝙ legis diſpoſitione ſint certi, aliud uerò, ꝙ ab homine ſint certificandi, lex namque ſemper eſt certa, l. cum quidam,
15 † §. ſuum, ff. de acquir. hæred. Aret. in cõſ. 155. col. 3. dixi in conſ. 128. nu. 17. ſed non ita homo: propterea cum certificatio pendet à lege, habetur pro facta nõ ſic, quando ab homine debet fieri; propterea videmus, quòd hæres, qui erat ſolum ſcriptus in re certa, habetur pro ſcripto in tota hæreditate, cum nõ eſt datus cohæres, vel datus repudiat, ei enim datur reme-
16 dium † l. fi. C. de edict. diui. Adr. licet non detur ei, qui non eſt ſcriptus. Bar. ibi, nume. 8. Bal. quæſt. 1. Iaſ. d. §. hæc uerba, nume. 13. Menoc. d. rem. 4. num. 116. ubi dicit communem, & ra-

tio

tio eſt, quia habetur pro ſcripto in genere, & dicitur ſcriptum, id quòd venit in conſequentiam ſcripti. Bar. in l. 1. in prin. ff. de his, quæ in teſt. deleu. & ſtipulati à lege præſumpta dicitur de tenore inſtrumenti, ſecundum Bald. in l. ad probationem, la prima, C. de probatio. multos citat Menoch. d. rem. 4. num. 125. & ſeq.

Reſpondeo ſecundo, ꝙ quidquid ſi qñ pauperes inſtituti ſunt res videtur clara, qñ vocantur agnati, ex quo tunc nulla requiritur Epiſcopi vel executoris, uel alterius cuiuſuis miniſtri declaratio, ſed ipſo iure ueniunt oẽs de familia
17 gradatim, prout quiſq; eſt proximior, † l. peto, §. fratre. ff. de leg. 2. Tiraq. de retract. conſang. §. 11. gl. 6. nu. 7. dixi in conſ. 29. nu. 7. Molin. tract. de primog. Hiſp. lib. 1. cap. quinto, nu. 24.

SVMMARIVM.

1 *Succedere volens defuncto probari debet bona, quæ petit, fuiſſe defuncti mortis tempore, vel ab eo poſſeſſa.*
2 *Bona omnia per filium poſſeſſa præſumuntur à patre proueniſſe.*
3 *Inuentarium tenetur facere grauatus, & fideicõmiſſario rationem reddere.*
4 *Grauatus fideicõmiſſo, ſi non oſtẽdat quæ, & qualia bona defunctus reliquerit ꝑſumitur oĩa bona ꝑ ipſum poſſeſſa deſcendiſſe à teſtatore grauãte.*
5 *Identitas eſt probanda per eũ, qui agit ad aliqua bona per duas ſaltem demonſtrationes, vel duo cõfinia, quãdo agitur de corporibus immobilib.*
6 *Pluralitas rerum præſumitur.*
7 *Identitas coniecturis probari poteſt.*
8 *Præſumptio vna aliam tollit.*
9 *Probatio debet eſſe certa, & concludere per neceſſe.*
10 *Probatio dubia interpretatur contra probãtem.*
11 *Feudalem fundum petens ſuccumbit ſi in eo fundo extat pars aliqua allodialis, quæ non poteſt à feudali diſcerni.*
12 *Sententia certa ferri non poteſt in rebus incertis.*
13 *Specialia duo circa eandem rem concurrere non poſſunt.*
14 *Filius vbi eſt in poſſeſſione, tunc petens bona tam quã à patre prouenerint, id probare debet, quæ probatio fieri poteſt etiam ex coniecturis.*
15 *Diuiſio ſi inter filios fiat patre mortuo bona non ꝑſumũtur paterna, ſi in diuiſione id nõ dicatur.*
16 *Ditari quilibet præſumitur.*
17 *Filiatio ſola non infert, quòd filius ſit hæres, niſi probetur immixtio.*
18 *Aditio præſumitur ex poſſeſſione bonorum hæreditariorum.*
19 *Bona, quæ filius poſſidet, à patre proueniſſe in dubio non præſumitur.*
20 *Profectitia, vel aduentitia an præſumantur bona, quæ filius poſſidet, remiſſiuè.*
21 *Iuramentum in litem datur fideicommiſſario contra grauatum, qui non fecit inuentarium.*

ARGVMENTVM.

An volẽs defuncto ſuccedere, probare debeat bona, quæ petit, fuiſſe defuncti mortis tẽpore, vel ab eo poſſeſſa?

DECISIO CCCXXXIX.

QVICVNQVE uult defuncto ſuccedere, probare debet, ꝙ bona, quæ petit, fuerint defuncti mortis tempore, uel ab eo poſſiderentur,
1 † l. fi. C. de edi. diui Adr. l. precibus in fin. C. de impub. & al. ſubſtit. l. 3. C. de iu. delib. l. 2. C. quor. bono. l. 3. §. bonorũ, ff. de bono. poſſ. l. ſequens, ff. de leg. 2. l. mortuo. §. Labeo, ff. eod. l. ex facto, in princ. l. Lucius. §. idem quæſijt, ff. ad Treb. & id obtinet in rem. l. fin. C. de edict. diu. Adr. in petitione hæreditatis in remed. quorum bonorũ in petitione fideicõmiſſi, & in omnibus caſibus, quibus aliena hæreditas nobis eſt deuoluta, ut latè diſcurrendo per ſingula remedia probat Simon de Pretis de interpret. ultim. uolunt. lib. 5. interpret. ult. nu. 280. & multis ſequentib. fol. 551. & ſeq. & in fideicommiſſo, cuius frequẽs eſt petitio, ponit Alex. in cõſ. 87. col. 2. uol. 2. Crau. in conſ. 61. num. 6. uol. 1. Rolan. conſ. 28. nu. 2. uol. 1. conſ. 81. nu. 15. in 2. Petr. de fideicom. quæſt. 12. num. 7. & ſeq. ubi latè agit an probari ſufficiat defuncti poſſeſſionem, uel neceſſe etiam ſit oſtendere dominium; orta tamen ſæpè eſt in Senatu controuerſia, quando alius erat grauatus reſtituere alij, quia tunc fideicõmiſſarius dicebat bona omnia, quæ filius poſſidebat iuris præſumptione proueniſſe à patre, ideoque neceſſariam non eſſe aliam probationem, quòd pater fideicommittens ea poſſideret, uel eſſet Dominus; nam id affirmaſſe uidetur Bald. in l. 2. C. de patr. poteſt. ubi inquit præſumi, quòd filius habuerit à patre quidquid ha-
2 bere reperitur, niſi contrarium probetur. † idem uoluit Fulgo. in conſ. 45. colum. 2. uer. porrò ſi Zaſ. conſ. 5. nu. 19. uol. 1. Crau. in rubr. ff. de legat. primo, num. 43. Siluan. in conſ. 86. nume. 8. Burſat. in conſil. 268. numero ſexto. Menoch. in conſil. 207. nume. 11. Petra de fideicommiſ. quæſt. 12. num. 1368. qui omnes allegant Marzar.

zar.in Epitom.fideicommiſſ.q.58.& in conſ.19. idque fortius procederet, qñ filius non confeciſſet inuentarium de bonis patris, cũ grauatus teneatur inuentariũ facere,& de eis rõnem red-
3 dere fideicommiſſario, † l. cum tale.§. Titius, vbi Barto.Caſtr.& alij, ff. de condit. & demon. Alex.in l.in rõne,§.qđ vulgo,col.3.ff.ad leg.Falcid.Iaſ.in conſil.114.in 2.quæſito,vol.4. Pariſ. conſ.25.nu.15.vol.2.cũ ſimilibus, ſi non oſtendat quæ, & qualia bona reliquerit defũctus præſumetur oĩa bona,q̃ hæres ipſe poſſidet deſcen-
4 diſſe à teſtatore grauãte, † vt per multa iura, & rõnes ꝓbat Marcobrun.in cõſ.59.nu.12.& ſeq. vbi propriè loquitur de fideicõmiſſario agente.

Cum tñ ſæpè caſus eueniſſet ſemper Senatus iudicauit cõtra illam Marzarij propoſitionem, & eam credidit non eſſe veram,qñ in facto alia non concurrunt adminicula,per quæ conſtet bona illa fuiſſe poſſeſſa à defũcto:nam qui agit ad aliqua bona, tenetur identitatem illorũ proba-
5 re. † Alexan.in conſ.104.nu.3.vol.2.Felin.in c. cum Ioanues, nu.6.de fide inſtrum. probari aũt debet per duas ſaltem demonſtrationes,vel duo confinia, qñ agimus de corporibus immobilibus, ſm̃ Batt.in l.demonſtratio falſa, nu.4.ff. de condit. & demonſtratio. & in l. ſi quis in fundi vocabulo,ff.de leg.1.Alex.in conſ.73.nu.4.in 3. vol.Socin.conſ.54.nu.20. in quarto.dixi in cõſ. 44.nu.20.vbi loquor de fideicommiſſario agente. & latiſſimè ponit Peregr.de fideicomm.art. 44.nu.48. Petra d.q.12.nu.1371. qui ẽt loquitur in hac materia; pluralitas enim rerum præ-
6 ſumitur, † ſi identitas probetur. Ioan.And.in c. auditis,de præſcri.Iacob.Butrig.& Bal.in l.2.C. de erro.aduoc. Alex.in conſ.134.num.3.vol.2. multos allegaui in conſ.61.nu. 13. quidquid ſit vbi de perſonis agitur,vel de actibus,q̃ dixiſſe volui ne quis à Peregr. decipiatur in d. art.44. qui nu.44.ex lubrico linguæ, vt credo dicit, qđ non præſumitur pluralitas rerum,perſonarum, aut factorum,qđ reſpectu rerũ falſum eſt, ſi igitur eſt probanda rerũ identitas,uon ſatis erit dicere,qđ bona,quæ filius poſſidet deſcenderint à patre. bene fatendũ eſt identitatem hãc probari
7 poſſe coniecturis. † puta confeſſione teſtatoris, & alijs modis, vt latè proſequitur Maſcard. de probat.conclu.778. per totam Peregr. d.ar.44. per totum Berret.in conſ.39.col.8.ver. difficultas tantum verſatur,vbi coniecturas multas adducit Petra.d.q.12.num.27.45. & num.1367. cum ſeqq. vbi multa ponit.Burſat.in conſ.268. nu.5. & ſeq. ſed leuiſſima eſt illa coniectura, q̃ ponit Marzar. loco prædicto:nam vt dicam ſæpiſſimè filij bona habent aduẽtitia, & ꝙ plus eſt vnica eſt, & nullibi ſcriptum reperitur, qđ vnica coniectura plenam faciat probationẽ,ſed bene plures exigantur,vt per Doctores,in l.admonendi,ff.de iureiuran.& contra eam coniecturã multę alię vrgent,quo fit,vt vna tollat aliam,vt
8 de præſumptione dicere debemus, † l.diuus,ff. de reſtitu.in integr. Decius conſ.470.num.10. Crot.in conſ.66.nu.16.Tiraq.in l.ſi vnq̃,in ver. donatione largitus, nu.156.C. de reuoca. don. & plures vincunt vnam,authen.itaque com. de ſucceſſ.l.3.§.1. de teſtib. Alexand. in conſil.88. num.7.vol.7.Barbat.conſil.22.num.13.vol.4.

Contra aũt dictam coniecturã militat primo incertitudo,quia põt eſſe,& non eſſe,qđ prouenetint à patre,& incerta probatio non releuat,
9 ſed dẽt eſſe certa,& concludere per neceſſe, † l. nõ hoc.C.vnde legit.c.ĩ præſentia, extra de probat.& dicit Bal.in l.ad probationẽ,num.2.C.de probat.ꝙ probatio dẽt concludere per neceſſe. nec ſufficit,qđ per poſſibile; vnde etſi poſſibile ſit, ꝙ filius habuerit ea bona à patre, tñ ad victoriam id ſolum non ſufficit; ſtante aũt dubietate probationis fideicommiſſarius dẽt ſuccumbere, quia dubia probatio interpretatur contra
10 probantem, † gl.in d.c.in præſentia,q̃ ſequuntur Batt.Bal.Iaſ.& alij,in l.nõ hoc ẽt in materia fauorabili,vt per Alex. in conſ.52.col.2.vol.5. & alios citaui in conſ.5.nu.48. quare in caſu dubio dicimus contra probantẽ,ꝙ non habuit bona à patre,ſed aliunde. Præterea, vbi ẽt demus, ꝙ oĩa paterna bona peruenerint ad filium,tñ nõ infertur p hoc,ꝙ oĩa bona,quæ filius habet fuerit à patre cõſecutus.põt.n.eſſe,ꝙ aliqua aliunde ſibi obuenerint,q̃ habuerit à patre,& quæ aliundè incertum eſt, iõ nõ põt certo affirmari, ꝙ oĩa ſpectãt ad fideicõmiſſarium, pro quo allego Iaco.in rubr.ff.de rei vendi.nu.23.vbi dicit,ꝙ petens fundum tamq̃ feudalem ſuccumbit,ſi in eo fundo extat pars aliqua allodialis, quæ non põt
11 à feudali † diſcerni, ſequuntur Boſſ. in titul. de prio.nu.247. & Rolan. cõſ.82.nu.17.col.2.vol. 2. ſic ergo cũ incertũ ſit an oĩa bona habuerit à patre nõ põt ab aliquo pro certo affirmari,& in
12 rebus incertis ferri nõ põt certa † ſnĩa,c.graue, 11.q.3.Anch.in conſ.64.Alex.in conſ.39.col.2. vol.5.Dec.in conſ.524.nu.9. Rurſus duæ cumulantur ſpecialitates,vna, ꝙ filius præſumitur habuiſſe à patre; altera, ꝙ oĩa,& nõ ſolã partẽ ha-
13 buerit,cõtra†regulã l.cũ poſt,§.gener.ff.de iure dot.l.1.C.de dot. ꝓmiſ. infinita congerit Crau. cõſ.966.nu.7. ne igiť detur ſpecialiũ multiplicatio, dicẽdũ erit nõ ſufficere coniecturam illam.

Deſtruitur autem illa opinio Marzarij ex cõmuni Doctorum opinione, quæ habet, ꝙ vbi filius

lius eſt in poſſeſſione iure quo petit, tenetur probare, ꝙ habuit à patre bona illa, quia probare is dēt qui petit; probatio aũt diuerſimodè fit ēt ex
14 coniecturis. † ſequitur Alex. in conſil. 171. nu. 5. vol. 6. vbi ait notabilia eſſe Baldi verba. Salic. in l. cum oportet, col. 2. ver. quid ſi dubitatur, C. de bon. quę lib. vbi ꝙ poſſidēte filio ille probat qui petit, licet probatio fieri poſſit per cōiecturas, & præſumptiones, puta, ꝙ pater eſt diues, & filius inops, iners, & neſciens operari, Abb. & Corn. & Crot. quos citat & ſeq. Rolan. in conſ. 90. nu. 9. vol. 2. & adducit, qđ dici ſolet de prælato, vel hærede, clerici, in quibus ſemper onus probandi pertinet ad eum, qui petit, & præſumitur pro poſſeſſore, non. n. tenetur filius oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, ſed ei ſufficit poſſeſſio, & dicere pōt poſſideo, quia poſſideo, vt Bal. inquit in d. l. cũ oportet. Calcan. in conſ. 19. nu. 11. Menoch. de præſump. lib. 3. præſ. 50. num. 3. vbi addit, ꝙ vbi filius ſtipulatur patri præſumitur cã aduentitia, l. quandocunq; cum ibi notatis, ff. de verb. obl. eãdem concluſionē probauit Maſcard. de probation. conclu. 200. latiſſimè Becius conſ. 113. nu. 14. & ſi prædicta vera ſunt in filio dum pater viuit, multo magis admittenda erunt patre mortuo, quia viuente patre facilius cōcedendum, qđ acquiſiuerit ex bonis patris, q̄ eo mortuo, quinimo patre mortuo, qđ ſi inter filios fiat diuiſio, adhuc bona non præſumuntur
15 paterna, ſi tale nihil dicitur in diuiſione, † ita voluit Alex. in conſ. 104. nu. 1. vol. 4. quem ſequitur Maſcar. d. concl. 200. id qđ directo contradicit deciſioni ſupra ex Marzario allegatæ. Quæ concluſio remanet clarior, ſi nō conſtat quid, & quantũ pater habuerit, vt dixi ſupra; præcipuè
16 cũ quilibet præſumatur ditari, † l. ſi defunctus, C. arbit. tutel. l. cura, §. deficientium. ff. de mune. & honor. Bar. in l. ex diuerſo, §. ſiue, ff. ſol. matr. Salic. in l. non eſt neceſſe, C. de probatio. Alciat. conſ. 778. n. 5. vel poſſe ditari, vt intelligit Aret. in d. §. ſi. quem refert Natta in conſil. 358. nu. 7. qđ conſiliũ ab eo mutuatus eſt Sylua. in d. conſ. 86. fortiuſque procederet, qñ nō probaretur, ꝙ filius patris hęreditatē adiuiſſet: nam ex filiatione, non bene infertur, ꝙ ſi hæres aliter non pro-
17 bato ꝙ ſe immiſcuerit, † vt poſt Bart. Bal. Imo. & alios, probat Alex. in neceſſarijs, ff. de acquir. hęred. illa enim Apoſtoli propoſitio, filius, ergo hæres, procedit eo declarante ſe eſſe hæredem, vel agente. Imol. in l. ſi cum dotem, §. trãſgrediamur, col. 1. ff. ſolu. matrim. Alex. conſil. 137. col. pen. in princip. vol. 2. communem dicit Socin. in conſ. 60. col. 3. vol. 1. Rolan. conſil. 70. nu. 17. in 1. vol. ꝙ ſi filius nō præſumitur hæres patris, qñ non eſt probata immixtio, vtiq; falſum eſt, ꝙ
18 bona exiſtentia penes filiũ pręſumantur proueniſſe à patre; nam hoc modo præſumeretur hæres, quia aditio præſumitur ex poſſeſſione bonorũ, ſm̃ Bart. in l. gerit, nu. 24. ff. de acquir. hæred. Corn. in conſ. 37. col. 4. ver. ex quo. vol. 1. Maſcard. concluſio. 44. nu. decimoſexto. præſertim ſi non conſtat ex alia cauſa poſſideri, & non poſſunt ſimul ſtare, ꝙ bona præſumantur paterna, & quòd filius non præſumatur hæres patris.

Quare non obſtante ratione per Marzar. allegata, Alex. d. conſ. 171. nu. 3. vol. 6. tenet qđ bona minimè in caſu dubio præſumantur proue-
19 niſſe † à patre; & id vult in conſ. 104. vol. 4. procedere ētſi inter fratres fiat de bonis cōib. diuiſio, quia ſi nihil dictum eſt, ꝙ ſint paterna, ea diuiſio non probabit eſſe talia. idē voluit Alcia. in d. conſ. 778. nu. 4. uerſ. 2. principaliter, ubi ait fideicōmiſſarium teneri probare, ꝙ teſtator illa bona poſſideret, nec ſufficere, ꝙ inter deſcēdentes facta fuerit illorũ diuiſio, quia præſumitur quilibet ditari, & potuerũt fuiſſe acquiſita poſt mortē teſtatoris; fortius dicit verũ hoc eſſe, q̄uis diuidentes proteſtati fuerint nolle præiudicium fieri teſtamēto ſui authoris per eã diuiſionem; ex quo non ſequitur per hoc, ꝙ oĩa illa bona eſſent illius teſtatoris. & ſubdit maximè procedere id, ſi inter teſtatoris mortē, & illam diuiſionem longum interceſſit tempus, puta viginti annorum, quia potuerũt interim multa acquiri. placuit quoq; Maſcar. in concl. 778. num. 23. & ſeq. ubi dictum Marzar. reſtringit ad bona, quæ filius poſſedit uiuēte patre, ſubdēs ita loqui Bal. in l. eius. quæ eſt ſecunda, C. de patria poteſtate, dicēs hoc eſſe probãdũ. allegat Alex. in d. conſ. 171. nu. 25. uult, ꝙ ut ea concluſio procedat, attendi qualitatem perſonarum patris, & filij, eorumq; induſtriam, ſm̃ Baldi doctr. in d. auth. ex teſtamento. Peregr. quoq; in tract. de fideicom. artic. 44. nu. 21. & ſeq. non aſſentitur Marzar. qñ non conſtat de diuiſione, & interuallum ceſſit non modicum à morte patris ad diuiſionem, & uult, ꝙ pręſumantur propria filij, niſi in contrarium urgeant coniecturæ, quibus neceſſario, aut probabiliter inferatur bona à patre ueniſſe, & refert nōnullas coniecturas, & reſpondet ſingulis argumētis Marzar. & præcipuè dicit Baldum in Auth. ex teſtamento, loqui dum pater viuit, quod voluit quoque Maſcar. loco præcitato, & ante eos, ita intellexit Natta, in dicto conſilio 358. vel Syluan. conſilio octuageſimoſexto. & ego addo, quòd doctrina Bald. non eſt etiam tuta viuente patre, ſi aliud non concurrit, quia ēt tunc præſumitur pro poſſeſſore, & ſi filius poſſideat,

deat, agens tenebitur probare, ꝙ habuerit à patre, vt dixi ſupra, ex Bald. Salic. Alex. Corn. Rol. & alijs, & in ea materia an bona, quę filius habet
20 præſumantur profectitia, vel aduentitia, † videri poterit Becius in conſ. 113. num. 8. & ſeq. vbi multas ponit coniecturas. Rol. d. conſ. 90. vol. 2. Menoch. tract. præſum. lib. 3. præſum. 50. Aſca. Clem. in tract. de patr. pót. effectu 1. nu. 46. quare conſtat Marzarij doctrinam tamq̃ repugnãtem duabus receptis concluſionibus non ſubſiſtere, vltra ꝙ Marzar. loquitur qñ inter filios facta eſt diuiſio: nos aũt agimus qñ coniectura non fundatur alijs adminiculis, vbi. n. alia concurrunt, Senatus vtitur ſuo arbitrio. qđ verò ponit Marcobr. in conſ. 59. num. 12. non facit ad noſtrum propoſitum, ſed aliam indagationem exigit, loquitur enim qñ conſtat ꝙ fideicommittentis bona peruenerunt ad grauatum, & ſuæ concluſionis approbatio pendet à veritate deciſionis, q̃ allegat, an ſcilicet qui non oſtendit feudum, vel emphyteuſim, patiatur præſumptionem, ꝙ oĩa ſua bona ſint feudalia, vel emphyteutica, quæ non leuem patitur cõtradictionem, & fortè pro eo melius facit, ꝙ contra grauatum, qui non fe-
21 cit inuentarium fideicõmiſſarius iurat in litẽ. † Ruin. cõſ. 29. nu. 11. vol. 5. Plot. in tract. de in lit. iuran. § 26. nu. 3. Maſcar. d. concl. 778. nu. 27.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens vnum pro delicto alterius eſt odioſum.*

2 *Statutum interpretari debet vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit.*

3 *Villa tenetur cuſtodire ſuum territorium.*

4 *Statutum, quòd villa teneatur emendare datum ex incendio, vel aliter, dicitur fauorabile.*

5 *Vniuerſitas de iure communi tenetur pro damno dato in ſuo territorio.*

6 *Villa propinquior illa dicitur quo ad emendationem damni, quæ eſt magis obnoxia ſuccurrere, vel aliter prouidere ne damnum inferatur.*

7 *Verba debent intelligi ſecundũ ſubiectã materiã.*

ARGVMENTVM.

Stante ſtatuto, quòd villa vicinior teneatur ad emendationem damni, an vicinitas attendi debeat habito reſpectu ad eas, quæ ſunt ſub eodẽ territorio, & prætura, vel potius inſpecta ſola diſtantia includatur villa diuerſi territorij, & poſita ſub iuriſdictione diuerſi Iudicis.

DECISIO CCCXL.

COMMISSVM fuit incendium in territorio villæ, quæ ex quo paucas admodum continet habitationes, non tenetur ad emendationem damni, ſed ex ſtatuto ad illam tenetur villa vicinior, & quia deciſio erat legem factura in populo, dominus prætor Mantuæ pro ſua modeſtia conſuluit Senatum, ſi viciniot villa iudicari dẽt habito reſpectu ad eas, quæ ſunt ſub eodem territorio, & prætura, vel ẽt inſpecta ſola diſtãtia, includatur villa diuerſi territorij, & poſita ſub iuriſdictione diuerſi Iudicis? reſpondit aũt Senatus; eam villam, quę ſub eodem Iudice poſita eſt vicinior, teneri ad emendationem damni, non aliam q̃uis viciniorem, quæ ſit in diſtincto territorio, & ſub alio Iudice, ſi enim teneamus ſtatutum prædictũ eſſe odioſum, & iniunctum tamq̃ puniẽs vnum pro
1 delicto alterius, † ſm̃ Baldum in rubr. C. res inter alios acta, & Salic. in l. 1. C. eodem tit. Bald. in l. ſancimus, C. de pęn. vbi ait, iniuſtum, & iniquum eſſe ſtatutum, & cõtra ius diuinum, Ioan. de Platea in rubr. C. de decret. decurio. lib. 11. cũ multis apud Barbat. in conſ. 64. in principio, inter conſilia Calcan. vbi col. 2. poſt Angelum dicit, eſſe ſtrictiſſimè interpretan. Alex. de Neuo in conſ. 87. nu. 6. plures citat Menoc. in conſ. 27. num 55. Bertazol. in conſ. 481. in fine, inter crimina: hæc interpretatio erit minus odioſa, quòd ſcilicet villa eiuſdem territorij teneatur, non autem villa ſeparati territorij, quia ambæ ſunt membra eiuſdem corporis, & conſtituunt vnum corpus, fieri aũt debet interpretatio, vt
2 ſtatutum minus lædat ius commune † cap. cum dilectus, de conſuetud. Roman. conſilio 197. numero ſecundo. Alexand. in conſil. 106. nu. 9. volumine quinto. Corn. in conſilio 115. colum. penult. vol. ſecundo. Becius latè conſ. 12. numero 43. iuſtius enim, & æquius eſt, vel ſaltem minus odioſum, quòd damnum reficiatur à villa eiuſdem territorij, quàm ab alia. ſi verò dicamus ſtatutum prædictum fauorabile eſſe, & iuſtum tamquam iuri communi conforme, quo tenentur villæ cuſtodire diligenter ſuum terri-
3 torium, ſecundum Bartol. in l. ne quid, ff. de incend. ruin. & naufrag. & prout fauorabile,
4 & iuſtum probat † Bero. in conſilio 213. nume. ſeptimo, & ſeq. volumine tertio. Burſat. in conſil. 222. nume. 8. ubi allegat Barto. Bald. & Carrer. idem probauit Bald. in conſil. 174. nume. 2. uol. 2. & tale ſtatutum factum eſt ex bona

Digitized by Google

cauſa, vt ſcilicet ſubditi teneant territorium ſecurũ, vt inquit Caſtr. in l. omnes populi, in fi. ff. de iuſtit. & iur. Calcan. in conſ. 63. num. 4. verſ. nec ſtatutum, & conſ. 66. num. 12. Bonacoſſ. in quæſt. crim. ver. ſtatutum, in ver. ſtatutum, ciuitatis, & quod iure communi inſpecto teneatur vniuerſitas ꝓ damno dato in ſuo territorio po-
5 nit † Clar. §. fin. quæſtio. 82. in princ. latiſſimè Carpa. ad ſtatu. Mediolan. cap. 375. num. 4. & ſeq. idem omnino, & multo fortius dicendum erit: nam pœna hæc infligitur vniuerſitati propter negligentiam commiſſam in cuſtodia. Calcan. conſ. 63. num. 3. Barbat. conſ. ſequen. num. 5. Menoch. caſu 345. nume. 15. de arbitr. iud. & ceſſante negligentia ceſſat pœna Aret. in conſil. 57 colum. 2. Cepol. in conſ. 18. colum 5. Barb. conſil. 17. colum. 4. volum. 2. Marſil. in l. 1. in §. præterea, num. 95. ff. de quæſt. Boſſius in tit. de captur. num. 42. & num. 44. in fin. latè Carpan. loco prædicto, num. 9. nulla autem negligentia, imputari poteſt villæ, quæ eſt de territorio ſeparato, & quæ minimè tenetur ſeparatum territorium cuſtodire, ſed bene imputari poteſt villæ quę eſt de eodem territorio, quia illa tenetur ad cuſtodiam, quãuis enim inter ſe ipſas, villę eiuſdem territorij diuiſæ ſint, tamen hæc diuiſio non efficit, quòd territoria ſint diuiſa, ſed remanet vnum & idem corpus rectum ab vno Iudice, & ab eodem capite dependens, ideo quo ad loca diuerſi territorij, omnes villæ eiuſdem corporis, puta Vitalinæ, Burgifortis, Gazzoli, & aliorum locorum habentur pro vno corpore. Et pro prædictis facit notabilis deciſio Nelli in tractat. Bannito. in 2. par. 2. tempo. quæſtio. 65. vbi cum villa propinquior damnum tenetur emendare, illa cenſetur propinquior villa, quæ eſt magis obnoxia ſuccurrere, vel aliter prouidere ne damnum inferatur, l. tertia, §. igno-
6 ſcitur, † ff. ad Syllan. l. prima, §. occiſorum, ff. eod. quia vera ratio emandandi damnum ſumitur à negligẽtia hominum non ſuccurrentium, & illa debet intelligi propinquior ad emendandum, quæ ratione propinquitatis tenetur magis quàm alia ſuccurrere, vt per eum, & ſequitur Boſſius in d. tit. de captura, num. 54. vnde ſicuti villæ eiuſdem Iudicis, & territorij tenentur occurrere ne damnum fiat, & eo dato capere maleſactorem, ita illæ tenentur damnum emendare, & verba intelligi debent ſecundum ſubiectã
7 materiam, † l. inſulam, ff. de præſcript. verb. l. Proculus, ff. de vſufr. ideo cum quærimus de villa viciniore, debemus illam intelligere viciniorem reſpectu emendationis damni.

SVMMARIVM.

1 *Debitum ſciens, & non ſoluens dicitur in mora.*
1 *Sciens ſe debitorem, & non ſoluens, dicitur in mora.*
2 *Retinens rem alienam, & non reſtituens, dicitur in mala fide, non minus quàm is, qui alienum capit.*
3 *Mora irregularis committitur lapſu biennij.*
4 *Interpellatio non requiritur quãdo creditor eget pecunia, & ea indigentia eſt nota debitori.*
4 *Debitore ſciente indigentiam creditoris, non requiritur interpellatio.*
5 *Dos eſt magis priuilegiata, quàm fiſcus.*
6 *Fiſci debitor dicitur in mora abſque interpellatione.*
6 *Debitor fiſci dicitur in mora abſque interpellatione.*
6 *Interpellatio nõ requiritur ad conſtituendum in mora debitorem fiſci.*
7 *Vſuræ ſine mora non currunt.*
8 *Mora regularis requirit interpellationem.*
8 *Interpellatio eſt neceſſaria vt contrahatur mora regularis.*
9 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*
10 *Interpellatio ſola nõ conſtituit quem in mora, ſed requiritur, quòd ſciat ſe debitorem.*
11 *Interpellatio ſola, ſeu denunciatio non conſtituit hæredem in mora, ſed debet ei oſtẽdi inſtrumentũ debiti, ita vt illud legat, videat, & intelligat.*
12 *Proteſtatio facta contra eũ, qui tenetur ex alieno facto nihil operatur, niſi per oſtenſionem inſtrumenti demonſtratur, quòd ſit obligatus.*
13 *Procurator debet probare ſe procuratorem, & mandati copiam tranſmittere parti.*
14 *Denunciatio vbi fit in iudicio, iudice mandante, tenetur conuentus credere, ſecus ſi fiat ad partis inſtantiam, & petitionem.*
15 *Interpellatio iudicialis requiritur vbi aliquid debetur Iudicis officio.*
16 *Hypotheca pro dote includit vſuras, & omnia alia acceſſoria.*
17 *Mora non inducitur per ſcientiã, ſed mala fides.*
17 *Scientia licet inducat malam fidem, non tamen conſtituit in mora.*

ARGVMENTVM.

Coniunctus an pro coniuncto conſtituat debitorem in mora: & plura de mora regulari, & irregulari.

DE-

DECISIO CCCXLI.

LICET fuerit couclusum, quòd in-
terpellatio facta per Dominum Fe
dericum fratrem, & coniunctam
personam Domini Sigismondi Or
sini, seu verius per procuratorem
à Domino Federico cõstitutum, non constitue-
rit in mora D. fratres Caprianos hæredes Equi-
tis Pompei primi viri, tñ ex alio videbatur di-
ctos fratres esse in mora, quia sciebant matrem
creditricẽ ꝓ dotibus, cessisse iura sua Sigismon-
dó secundo viro: nã procurator à Federico con
stitutus notificauit prædictã cessionem, cùm er-
go scirent debitum, & non soluerint, dicuntur
1 in mora, † vt probatur in l. ꝙ te, in fi. ff. si cer. pet.
vbi fortius dicit, ꝙ non solũ sciens se debitorẽ,
sed ẽt is, qui debuit scire cõstituitur in mora, &
seq. Doctores ibi, dicentes paria fore, ꝙ sciat
quis, vel scire debeat, & facit, quia sciens se de-
bitorẽ, & non soluens, sicuti ẽt retinẽs rem alie-
nam & non restituens, dicitur in mala fide, non
2 minus q̃ is, qui alienũ capit, † vt per Diu. Tho.
in 1.2.q.62. articu. 8. idem voluerunt Archiep.
Floren. Ang. de Clauas. Syluest. Tabien. Didac.
Sot. & Nauarr. quos citaui in consil. 296. nu. 17.
Secundo, vbi ẽt ex sola scientia nõ induceretur
mora regularis, tñ in præsenti facto cadit irre-
gularis, quæ non exigit interpellationem, vt per
Doct. in d. l. qđ te, ea aũt est, quia secundus vir
onera matrimonij sustinuit biennio, & tanto tẽ
3 poris lapsu committitur mora irregularis, † l. fi.
§. præterea. C. de iur. dot. q̃ ad hoc singularem,
& multum notandã dicunt Doctores, præcipuè
Alex. in l. qđ te, nu. 9. in princ. Ang. Aret. in §. fue
rat. vbi Ias. nu. 20. alios citat Institur. de action.
Bello. in cons. 23. nu. 6. Rolan. in cons 65. nu. 1.
& seq. vol. 4. at nedum biennium, sed longius ẽt
tempus exactum est. Tertio, interpellatio non re
quiritur, qñ creditor eget pecunia, & ea indigẽ-
4 tia est nota debitori. † Bart. in l. si quis mihi bo
na, §. sed si mandauit, vbi Alex. ff. de acquir. hæ-
red. Alex. Ias. Dec. Purpur. Richat. Ang. de Cla-
uas. & alij, quos citant Moder. Gal. in tract. de
vsur. nu. 32. versi. fortius tradũt. Io. Baptista Lu-
pus in 1. comment. l. curabit, §. 6. nu. 120. Quar-
to, certum est, ꝙ dos est magis priuilegiata, q̃ fi-
5 scus, † l. assiduis, C. qui pot. in pigno. habe. Bal. in
l. dotis, C de iur. dot. & in l. ad exactionẽ. C. de
dot. promiss. vbi infert, ꝙ instrumentũ dotis præ
sumitur anterius instrumẽto fisci, cæteris parib.
Alex. Socin. & Ias. in l. 1. vbi Rip. nu. 10. ff. solut.
matr. & omni casu dos, & fiscus pari vtũtur pri-
uilegio, l. 2. C. de priuileg. fisci; sed debitor fisci
6 dicitur in mora absq; interpellatione aliqua, †
gl. in l. cum quidam, §. fiscus, in ver. inferunt, ff.
de vsur. Bal. in l. 1. C. de his quib. vt indignis. Ias.
in §. sequens. in ver. ex maleficijs, n. 33. Instit. de
actio. Alex. in d. l. ꝙ te, nu. 8. ergo idẽ erit dicen-
dum fauore dotis, vt debitor non interpellatus
constituatur eo ipso in mora; stante aũt mora, in
fertur dictos hæredes teneri ad vsuras dotales
erga sm̃ virum, qui sustinuit matrimonij onera.
Ex parte verò dictorum hæredum dicebatur
vsuras non deberi, quia non currunt sine mora,
7 † l. lecta, ff. si cer. petat. l. 2. §. si nauis, ff. ad leg.
Rhod. de iact. gl. in c. conquestus, de vsur. DD.
in l. si insulam, ff. de verb. oblig. in l. vinum, ff. si
cert. pet. l. vnica, C. de sent. quæ pro eo ꝙ inter.
Natta cons. 269. nu. 3. Gabr. cons. 57. nu. 6. cons.
147. nu. 2. in 2. vol. Lupus, d. §. 6. nu. 109. Becius,
cons. 105. nu. 24. mora aũt hic non cadit, nõ qui
dem regularis, quia nulla interuenit interpella-
8 tio, † l. mora, ff. de vsur. l. si ex legati cã, & l. si in-
sulã, ff. de verb. oblig. l. lecta, §. pen. ff. si cert. per.
Crau. cõs. 89. nu. 4. Dec. in l. ꝙ te, in 2. lect. nu. 13.
Becius, cons. 37. nu. 17. cons. 205. nu. 20. & quæ
facta fuit per Procuratorem constitutũ à Domi-
no Federico, non valet, tum, quia coniunctus nõ
põt constituere Procuratorẽ, tum ẽt quia con-
iunctus non põt interpellare vti fuit resolutum
in præsenti cã. Non ẽt irregularis, quia licet su
stinendo onera matrimonij maritus post bien-
nium videatur interpellare debitorem ex cã do
tium, qui iõ dicitur in mora, tñ hoc procedit in
eo, qui dotes promisit, ita loquitur d. l. fi §. præte
rea, ita ẽt Doctores loquuntur, qui dicunt mo-
ram contrahi lapsu biennij: hic aũt sumus nõ in
promissore dotis, sed in hæredibus primi viri,
qui cum secundo viro non contraxerunt. hoc tñ
fundamẽtum aliqui ex Dominis parui faciebãt,
quia etsi §. præterea, ex facti contingentia loqua
tur in promissore, tñ eadẽ omnino est rõ in quo
cunque debitore, fuit. n. fauore dotis introdu-
ctum illud priuilegium, iõ siue fuerit promissa,
siue sine promissione debita, idẽ videtur dicen-
dum. Addebant, ꝙ maritus qñ dotes recepit,
promisit illas restituere in omnẽ euẽtum dotiũ
restituẽdarũ, quæ promissio obligat hæredes, &
in eos descendit, vt in rub. & tot. tit. vt act. ab hę
red. & contr. hær. hæres enim repræsentat perso
9 nam defuncti, † & idem videtur cum eo esse,
§. 1. in auth. de iureiur. à morient. præstit. Be-
cius, cons. 75. num. 7. Dicebatur secundo, quod
dispositio dicti §. præterea, procedit ut dictum
est in promissore dotis, qui cõuenit ex proprio
contractu, cuius ignorãtiam nullo modo potest

prætendere,l. verius,ff. de probat.l.ſi.ff.pro ſuo
& qui iõ cum ſciat ſe debitorem, nullam habet
iuſtam cãm,quæ eum excuſare poſſit à ſoluendą
dilatione, & mora, ac ſi cãm aliq̃ habeat, pro-
pter q̃ credat ſe non eſſe debitorem,tunc mora
non cõtrahitur, probat tex. in d.l.qđ te,in ſi.vbi
dicit in mora non cõſtitui eum, qui ex iuſta ali-
qua cã credidit ſe nõ eſſe debitorẽ,vltra,n.inter
pellationem requiritur ꝙ ſit debitor, &.ꝙ ſciat
ſe eſſe debitorem,vt ibi dicitur,& ſequũtur oẽs
Doct. dicentes inter alia hoc requiri, ꝙ ſciat ſe
10 eſſe debitorem.† & notat Bal.ibi & Salic.in vl-
timo not. Iaſ.nu.8.vbi ponit exemplum,qñ de-
bitor interpellatus petit iniri rõnes, offerẽdo ſe
ſoluturum quidquid apparebit ſe debere, & ibi
plures allegat. ſequitur Dec.in 2.lect.nu.71. in
propoſito aũt, licet fuerit dictis filijs notificata
ceſſio à matre eorum facta,tñ ex hoc non potue
runt intelligere ſe eſſe debitores, ſed neceſſe e-
rat, ꝙ notificaretur ẽt inſtrumẽtum debiti,quia
cum ſucceſſerint in ius alterius poſſunt iuſtam
prætendere ignorantiam,l.qui cum al io,in fi.ff.
de reg.iur. & in terminis dicit Bart.in d.l. ꝙ te,
nu.15.ver. & per hoc docui, ꝙ ſimplex denun-
ciatio,vel interpellatio non conſtituit hęredem
in mora, vel alium, qui non ſit debitor ex facto
proprio,ſed neceſſe eſt,ꝙ ſibi oſtendatur inſtru-
mentum debiti, ita vt illud legat, videat, & in-
11 telligat, † quia alieni facti eſt probabilis igno-
rantia,Rip.in d.l. ꝙ te,nu.55.vbi num.59. dicit
poſt Bertran.in conſ.3.num.50. vol. 3.qđ hæres
emphyteutæ,ſeu vaſalli non conſtituitur in mo
ra,niſi Dominus probet ſe eſſe directum Domi-
num,interpellatio.n.non conſtituit debitum,ne
que probat,& Rip.loco prædicto ex mente Bar-
toli elicit plures concluſiones ad propoſitũ no-
ſtrum facientes,& idem vult Bar.in l.ſi quis in-
ficiatus,ff.depoſiti.in l.4.§. morte,num.47.ff.de
oper.nou. nunt.inquit,ꝙ proteſtatio facta cõtra
eum,qui tenetur ex alieno facto,nihil operatur,
niſi per oſtenſionem inſtrumenti demonſtretur,
12 & qđ ſit obligatus. † id quoq; ſequuntur alij,
quos citaui in conſ.22.nu.12.& ſeq.prædictis er
go filijs licet notificatum ſit matrẽ iura ſua ceſ-
ſiſſe ſecundo viro, tñ non fuerunt certificati, ꝙ
eſſent matris debitores ex cã dotium, & narra-
tioni factæ in inſtrumento ceſſionis credere non
tenentur,l. nomen,C. quæ res pignor. obl. poſſ.
l.ſi quis inficiatus,& d.l.qui in alterius,imo quã
do ille Procurator interpellauit non etiam fidẽ
fecit ſe eſſe Procuratorem, neq; mandati copiã
13 tranſmiſit parti, vti facere debebat. † Bald. in
rub. extra de Procurator. Bertran.conſ.25.vol.
2.& poſt Bar.& alios ponit Rip. in d.l.quod te,
num.55. & ſeq. Neuiz.conſ.49.num.8. & ponit
Iaſ.d.l.qđ te,nu.35.qđ ſi forte dicatur ꝙ vbi de-
nunciatio fit in iudicio,tunc tenetur conuentus
credere,vt per Bar.Caſtr.& alios in l.ſi.ff.de leg.
cõmiſſ.multos citaui d. conſ. 22.nu.42.nam il-
lud procedit,qñ fit impulſu Iudicis, & eo man-
dante,ſecus qñ ad partis inſtantiam, & petitio-
14 nem† Alex.in l.de pupillo,§.qui procuratorio,
ff.de oper.noui nunt.Rip.d.l.ꝙ te,nu.57.ver.ex
quo infertur. Tertio dicebant, ꝙ eiuſmodi inte
ruſuria ob dotis ſolutionem retardata deben-
tur ſolo officio Iudicis,non aũt iure actionis, ut
per Doctores in l.diuortio,ff.ſolu.matr.cũ verò
aliquid eo modo debetur,tunc requiritur iudi-
cialis interpellatio, nec ſufficit extraiudicialis,
15 † l.cũ poſtulaſſem,in princ.vbi Bart.notat,ff.de
dam.infect.Iaſ.in d.l.ꝙ te,nu.21.& in §.ſupereſt
nu.64.Inſtitu.de actio.de ea aũt iudiciali inter-
pellatione non apparet, & vbi ẽt fuiſſet produ-
ctus libellus non ſufficeret, ſed litis conteſtatio
eſt neceſſaria.Bar.l.denunciatio,§. quid ergo,ff.
de adult.Iaſ.d.l.ꝙ te,nu.21.vbi Dec.nu.3.in 1.
lect.& nu.42. in 2. ſed & ſuper hoc non fuit fa-
ctum fundamentũ,quia primus vir promiſit ſol
uere dotes cũ omnib. damnis, expenſis,& inte-
reſſe,vltra ꝙ ſimplex obligatio cõtracta pro do
16 tibus ĩcludit vſuras,& alia oĩa acceſſoria,†Bar.
in l.ſolutum,§. ſi in ſortẽ,ff.de pign.actio. vbi
vult, ꝙ hypotheca pro ſorte conſtituta extenda
tur ẽt ad æſtimationem quãti plurimi, quæ per
moram creuit.Alex.in conſ.220.vol.6.Neguſa.
de pign.in princ.mem.8.par.n.52.& clarius po-
nit idẽ Neguſ.in 1.mem.5.par.q.5.nu.10.& nu.
14.vbi fortius dicit, ꝙ ẽt rõne temporis retro-
trahitur, per l.Lucius,ff.qui potior.in pign.hab.
latiſſimè Burſat.conſ.103.nu.11.vſq; ad finem.
Ad id qđ dicebatur de ſciẽtia, reſpondebant
ꝙ in caſu noſtro non fuit probata. Secundo, ꝙ
probata nõ induceret morã, licet inducat malã
17 fidem, † vt ego probaui in conſ.296.n.5.& 28.
vbi diſtinguo inter malã fidẽ, & morã,& ea opi
nio caret dubio,qñ debitori nihil põt imputari
vt per Socin.iun.qui alios citat in conſ.145.nu.
64.vol.1.& Doctores in d.l.ꝙ te dicunt expreſ-
ſè, quòd licet ſciat quis ſe eſſe debitorẽ, non tñ
dicitur in mora ſi nõ fuit interpellatus,quia tex.
ibi plura copulatiuè requirit, vt per Dec.nu.16.
in 2. lect, ſequuntur oẽs, vt per Rip.ibi,nu.34.
Eódem modo reſpondebant ad priuilegium
minoris, Eccleſiæ, & fiſci, quia intelligitur data
ſcientia debiti; ea enim ceſſante non contrahẽ-
retur mora etiam fauore dictarum perſona-
rum, ne inculcentur, & multiplicentur ſpecia-
lia,contra l. prædictam,C. de dot. prom. l.cum

poſt

poſt, §. gener, ff. de iur. dot. Secundo dicebant, quòd cũ in dote non reperiatur deciſum, quòd mora contrahatur ſine interpellatione, non eſt de nouo introducendum, l. illam, C. de collat. & ius ſingulare non eſt in exemplum producendũ, l. ius ſingulare, ff. de leg. & ſi hoc priuilegiũ doti competeret, fruſtra lex introduxiſſet moram irregularem per lapſum biennij, nec ei vnquam locus eſſet, ſi incontinenti induceretur, & cùm dicant Doctores et in cauſa dotis interpellationem requiri, vt breuiori tempore inducatur mora videntur negare, ꝙ contrahatur ipſo iure.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia in facto alieno præſumitur etiam inter coniunctos, & cohabitantes, quando agitur de committenda pœna. declara vt nu. 14.*

2 *Caducitati vt ſit locus requiritur uera probatio, nec ſufficit præſumptiua.*

3 *Ratificatio non inducitur ex actu, qui fieri poteſt alio nomine, quàm ratificandi.*

4 *Cenſus receptio facta per procuratorem, ſeu factorem domini impediti ne poſſit declarari caducitas prius incurſa. contra nu. 12.*

5 *Inueſtiturã non accipiens intra annum, & diem feudum non perdit ſi non eſt in dolo.*

6 *Caducitas cenſetur remiſſa per receptionẽ cenſus.*

7 *Cauſa qualibet etiã iniuſta excuſat à caducitate.*

8 *Oblatio non eſt neceſſaria quando conſtat creditorem recaſurum.*

9 *Scientia præſumitur ex coniunctione ſanguinis, cohabitatione, communione bonorum, & conuerſatione in actibus momentaneis, & non ſucceſſiuis.*

10 *Scientia probatur ex coniecturis.*

11 *Scientia probatur per vnicum teſtem.*

12 *Diligens quilibet præſumitur.*

13 *Solutio præſumitur facta ex titulo præambulo.*

14 *Scientia præſumpta ſufficit ad incurrendam pœnam pecuniariam, ſecus vbi agitur de pœna corporali.*

15 *Ignorantia craſſa, & ſupina non excuſat.*

16 *Feudo priuatur vaſallus ex ignorantia, quando contra eum viget præſumptio ſcientiæ.*

17 *Ignorantia non excuſat vaſallum, quo minus feudo priuetur, ſi contra eum militet præſumptio ſcientiæ.*

17 *Cenſus receptio facta per procuratorem, vel factorem, non præiudicat domino quin poſſit caducitatem iam incurſam declarare.*

17 *Procurator, ſeu factor recipiendo cenſum non præiudicat domino, quin poſſit caducitatem incurſam declarare.*

17 *Caducitas poteſt declarari per dominum licet Procurator, vel factor cenſum receperit.*

18 *Caducitas licet perceptionem penſionis cenſeatur remiſſa, ſi tamen actus, ob quem eſt incurſa ſit ſucceſsiuus, poterit de nouo declarari.*

19 *Caducitatem non euitat vaſallus, qui cenſum ſoluit, ſi dominum non recognoſcat, fidelitatem iuret, & inueſtituram ſuſcipiat.*

20 *In dolo dicitur qui non facit quod debet.*

21 *Caducitatem incurrit qui partem tantum canonis ſoluit.*

22 *Recognitio eſt quidam cenſus reuerentialis, ideo eam omittens cadit à feudo.*

23 *Cauſa qualibet excuſat à dolo, quando illam allegans probat ſe ex ea motum fuiſſe, aliàs dolus præſumitur.*

24 *Mora vbi purgari poteſt, debet fieri intra breue tempus.*

25 *Debitor debet facere quod ſuum eſt, & ſi creditor recuſet tenetur proteſtari.*

26 *Iudici eſt arbitrarium an excuſatio ſit iuſta, vel iniuſta.*

ARGVMENTVM.

De caducitate ob non petitam à Domino Feudi inueſtituram, vbi plura de excuſatione ab ipſa caducitate.

DECISIO CCCXLII.

CVM iterum fuiſſet propoſita cauſa curiæ Podij contra fratres Zucas reſpectu caducitatis dicebant vaſalli ſe credidiſſe, quòd Carolus frater defunctus non acceptauerit, vel approbauerit inueſtituram, q̃ ipſi ſuſceperant illius nomine, atque iõ ſe iure accreſcendi feudum habere, ſm̃ doctrinam Iſer. in c. 1. §. ſed & res, tit. p quos fiat inueſtit. vbi Aluar. Afflict. & alij. q̃ approbauit Senatus in alia deciſione ſua. ignorãtia aũt videtur probabilis in facto alieno, l. verius, ff. de probatio. c. præſumitur, de reg. iur. in 6. Et licet eſſent fratres, & cohabitarent, vnde ſolet oriri præſumptio ſcientiæ, l. octaui, ff. vnde cogn. tñ ea nõ habet locum
1 vbi agitur de committenda pœna, † vt per Lapum alleg. 94. nu. 5. vbi ait non obſtante præſumptione illa credendũ eſſe iuramento illius, qui dicebat ignoraſſe, ꝙ mulier, q̃ carnaliter cognouerat eſſet cõſanguinea ſuę vxoris. ſequitur Menoch. de præſumpt. lib. 1. q. 78. nu. 7. quæ deciſio ſeruit à fortiori, qa loquitur in ijs, quæ concernunt ſanguinis coniunctionẽ, in quibus propriè

cadit deciſio d.l.octaui.Bald. in l.quoniam ſororem,C.de iur.delib.Alex.conſ.71.vol.1.Rip. in l.1.nu.43.ff.ſi cer.pet. Natta in conſ.162.nu. 44.Rolan.conſ.3.n.100.vol.1.Burſat. cóſ.118. nu.21.& prædicta concluſio adiuuatur, quia caducitas non cómittitur ob præſumptioné ſolá,
2 ſed vera probatio requiritur.† ita in propoſito Caualcan.de vſufructu mulier relict.nu.237. verſ.2.eſt, ſequitur Burſat.in conſ.143. nu.86. vbi ſubdit ita fuiſſe iudicatú à Senatu iſto Mātuano.Et hoc quoq; modo reſpódebant ad probationes factas ná ꝙ Carolus ratificauerit inueſtiturá ſuſceptá à fratrib. deponit vnicus teſtis, qui non plenè probat, ꝙ aút ſoluerit decimas, & cenſum, id nó concludit ratificationé inueſtituræ,quia etiam ante illam inueſtiturá ſoluebat; proinde actus ſolutionis non eſt talis, qui non
3 poſſet fieri alio nomine, q̃ ratificandi, † vt requiritur ad inducendum ratificationem, Corn. conſ.269.vol.4.Ruin.conſ.91.nu.9. & 10.vol. 1.Crau.conſ.204. num.14.Celſus Hugo, conſ. 22.nu.5.& 27.Burſat. conſ.118. num.19.

Secundo dicebatur, quòd ex quo factor, ſeu Procurator, curiæ recepit cenſum, & decimas ab ipſis fratribus poſt mortem Caroli fratris,& poſt lapſum anni, nó poteſt nunc per Curiá declarari contra eos caducitas,non quidé,quia factor aut Procurator poſſit caducitatem remittere;nam hoc fuit iá reiectum à Senatu, ſed quia recipiendo ante factá à Domino caducitatis de
4 clarationé,impedit ne ea poſſit deinceps † declarari,vt pulchrè voluit Pariſ.de Put.de reintegr. feud.cap.56.nu.3.& 4.quem in terminis noſtris citat,& ſequitur Burſat.d.conſ. 143. num.65.

Tertio pro excuſatione allegabant,quòd etſi vaſallus non petat inueſtiturá intra annum, &
5 diem,feudum tñ non perdit, † ſi non eſt in dolo,eſt tex.in c.fin.de prohib. feud.alien.per Loth a.vbi Bal.not.quia vt ibi dicitur,nulla fraus, & nullum malum ingeniú eſſe debet inter Dominum,& vaſallum Bal.in l.ſolemnibus,in fin. C.de rei vend.Anch.in conſ.173.alios citat Iaſ. conſ.64.nu.16.vol.3 Ruin.conſ.1. nu.4.vol.1. Iaſ.conſ.159 num.13.volum.2.vbi Becius allegat concordantes,Rol.in conſ.40. nu.14. verſi. tertio dicitur,vol.3.Burſat.in conſ.253. nume. 56.Teſaur.in deciſ.Pedem.217.num.6.vbi ait, quòd requiritur contemptus apertus,ſed in præſenti facto neque dolus,neque contemptus allegari poteſt in iſtis fratribus, qui ſemper céſum, & decimas ſoluerunt,& dominum factis,ſi non verbis recognouerút, qd magis eſt, l.ſi tamen, §.ei qui ſeruum,ff.de ædilit.edict. cum alijs, apud Tiraq.de retractu conuent. in fin. num.75. imo recipiendo céſum, videtur remiſiſſe cadu-
6 citatem, † gl.fi.Bal.& alij,in c.1. quo temp.mil. vbi propriè loquitur, qñ ſeruitium recipitur à vaſallo, qui non petierat inueſtiturá.Alex.conſ. 14.nu.15.vol.2. Riminal.conſ.17.nu.20.

Quarto dicebant, ꝙ cauſa quælibet ét iniu-
7 ſta excuſat † à caducitate,vt per Bero.conſ.98. num.20.vol.1. Burſat.d.conſil. 253. nu.57. Et quamuis opponeretur, ꝙ pendente lite numq̃ dicti fratres ſe obtulere paratos ſuſcipere inueſtituram,tñ reſpondebatur, ꝙ Dominus Curiæ, qui prætendebat commiſſam eſſe caducitaté, & ea de cauſa agebat ad bona nó eos admiſiſſe ad renouationé inueſtituræ.qa hoc modo caducitaté remiſiſſet,& oblatio nó eſt neceſſaria qñ con
8 ſtat creditoré, vel aduerſarium fuiſſe † recuſaturú.Cuma.Caſtr.& Alex.in l.q̃ Romæ, in prin. ff.de verb.oblig.Dec.in l.quidá exiſtimauerunt in.5.not.ff.ſi cert.per.dixi in conſ.86.num.16.

Pro Domino verò Curiæ dicebatur, fratres prædictos nulla excuſatione iuuari, quia cum ipſi nomine Caroli fratris nunc defuncti inueſtiturá ſuſceperint, & poſtea ſimul cum fratre ea bona poſſederint,& cenſum,ac decimas ſoluerint, non eſt eorum probabilis ignorátia nam ex coniunctione ſanguinis, cohabitatione,communione bonorum,& conuerſatione inducitur
9 præſumptio ſcientiæ, d.l.octaui, quæ † non ſolum procedit in ijs,quæ cócernunt ſanguinem, ſed ét in actibus momentaneis,& non ſucceſſiuis,Dec.conſ.272.in fi. Ruin.conſ.50.num.17. vol.1.Alba,conſ.18.col.1.in fi.Roland.conſ.19. num.38.conſil.52.nume.12. volum.1. Becius, conſil. 47. num. vigeſimotertio,Scientia enim
10 probatur ex coniecturis. † Alexa. conſil. 187. num. 13.volum.2. Cur. iun. conſil. 64.nume.8. Pariſ. conſil. 100.numer.88. volumine primo, Crauet. conſilio,193.numero ſeptimo. Natta conſ.231.nume.2. Cephal. con.314.nume.15. Menoch.conſ.89.num.17.imo etiam per vnum
11 teſtem, † vt inquit Natta loco prædicto, quia ſi ſufficiunt cóiecturæ,multo magis vnus teſtis, vt ipſe inquit, & teſtes etiam ſingulares admittuntur, Curt. iun. d. conſilio 64.nume.8. Crau. conſ.77.num.33.in fi. & dicere quòd ignorant, qd frater approbauerit inueſtituram,nihil aliud eſt,quàm ſeipſos accuſare, & propriam culpam allegare, quia tenebantur fratrem reddere certiorem, & illius ratificationem curare, & præ-
12 ſumitur eos fuiſſe diligentes.† Bart.in l.ſi cum venderet,§. fi. ff de pignor. actio. dixi in conſil. 12.num. 18. & conſ.60.num.18. & 20. & extat vnus teſtis, qui dicit, quòd Carolus dicebat ſe recognoſcere dicta bona à Domino Curiæ.

Acce-

Accedat, quòd actus ſoluendi ſingulo anno cē-
ſum,& decimam, non poterat à Carolo fieri in
ſcijs fratribus, & ex ea ſolùtione toties iterata
dicti fratres ſcire poterant fratrē ratificaſſe in-
ueſtiturā; nec ſolutio poteſt referri ad alium ti-
12 tulum, q̄ ad præambulum, † l.2.C. de acquir.
poſſ. alios citaui in conſ. 16. nu. 3. nam etſi ante
ſuſceptam inueſtiturā Carolus ſolueret præſen
ti Domino, ſeu præceſſori, moderno verò domi
no ſoluit tantūmodo intra annum ad petendū
inneſtituram, & poſt eam ſuſceptam, proinde
non poteſt dici, quòd ex ſeqq. ſolutionibus ni-
hil pluris colligatur, quàm ex præcedentibus.

Et non obſtat, quòd ſcientia præſumpta non
attendatur, qñ agitur de pęna cōmittenda; quia
reſpondeo, qđ ſcientia præſumpta puta per fa-
mā, ſufficit ad incurrendū pœnā, ſecundū glo.
& Bar. in in l. 1. in fin. ff. de receptato. Felin. c. cū
contingat, col. 2. de reſcript. Marſil. in l. de mi-
nore, §. plurimū, nu. 119. ff. de quæſt. & cōis eſt
14 diſtinctio, quòd in pęna corporali †. cōmitten-
da, non ſufficiat ſciētia præſumpta, ſed benè ſuf
ficiat vbi agitur de pecuniaria. Bald. in l. 1. C. de
his qui latron. Aret. in l. ſi duo, ff. de acquir. hę-
red. Dec. in conſ. 327. in fin. Bero. cōſ. 183. n. 10.
vol. 3. Crau. con ſ. 193. nu. 8. & in conſ. 319. col.
pen. verſ. 5. reſpondeo. Corbul. de cauſ. priuat.
ob non ſolut. canon. lim. 20. nu. 13. in fin. hinc
dicit glo. in c. 1. in ver. annum, quo temp. mil.
vbi eam ſequitur Iſer. nu. 7. & Afflict. nu. 96. ꝙ
15 craſſa, & ſupina ignorantia vaſalli nō † eū ex-
cuſat, & in materia feudali, quòd ēt ex præſum
16 pta ignorantia † vaſallus priuetur feudo, vo-
luit Bal. in c. 1. in princ. nu. 21. quib. mod. feud.
amitt. vbi mouetur, quia nō agitur de corpora-
li pęna, ſed pecuniaria, ideſt amiſſione feud. Ti-
raq. alia iura allegās, de retra. cōſ. §. 35. gl. 4. nu.
34. & in terminis de emphyteuta, & vaſallo, ꝙ
nō excuſatur ab amiſſione, & caducitate ꝑpter
ignorantiā, qñ contra eum eſt aliqua præſum-
ptio ſcientiæ, voluit Rom. cōſ. 127. in fi. Caſtr.
cōſ, 312. in fi. vol. 1. Aret. cōſ. 15. in fi. Alex. cōſ.
187. nu. 7. 10. & 13. vol. 2. Ruin. conſ. 50. nu. 5.
17. 20. & 22. vol. 1. Burſat. conſ. 26. n. 35. Tiraq.
d. gl. 4. nu. 33. Corbul. Tiraq. in tit. de priuat. ob
nō ſolut. canon. limit. 20. nu. 12. & 13. vbi dicit
nō excuſati emphyteutā à caducitate propter
ignorantiam, qñ ſubeſt aliqua præſumptio ſciē
tiæ, & recitat multos caſus, quibus ſcientia præ
ſumitur. Riminal. cōſ. 1. nu. 10. & ſeq. præcipuè,
nu. 21. & per hæc tollitur, ꝙ dictum eſt pęnā ca-
ducitatis non committi ob præſumptā culpam.

Factor autem recipiendo cenſum nō poterat
re mittere caducitatem, vbi iam ſuppoſuit Sena
tus in præſenti cauſa ſed nec ēt potuit impedi-
re quo minus Dominus cōmiſſam caducitatem
declarat; nam ſi Dominus ignorans delictū va-
ſalli, nō ſibi præiudicat recipiendo ab eo ſerui
tium, vt dictū eſt in alia deciſione, quāto minus
Domino præiudicabit receptio factoris, cuius
lōgè minor eſt poteſtas, q̄ domini, cū multo ma
gis cuiq; obſit factum proprium, q̄ alienum, &
plus quiſq; poſſit per ſe, quàm per aliū, & ad nó
cendum debilius ſit factū Procuratoris, q̄ domi
ni, & ꝙ dixit Specul. in §. nunc aliqua, verſ. 81.
nu. 103. de locat. & Pariſ. de Put. d. c. 56. nu. 3.
nō facit ad propoſitum, quia procedit, qñ non-
dum erat cōmiſſa caducitas, & Caſtaldio, vel
exactor non vult recipere, ſed mandat ſoluēti,
qđ penes ſe retineat, tunc enim oblatio debito-
ris impedit ne cōmittatur; at ſecus eſt, qñ iam
17 eſſet cōmiſſa, & factor reciperet ſolutionē, † q̄a
tunc nō impediretur caducitas, & hoc voluit
Io. Andr. ibi, dum reſpōdendo ad l. pactū, & l.
Præſes, C. de pact. dicit, aliud eſt quærere an cō-
miſſa caducitas remittatur, an verò offerendo
euitetur mora, & pęna, & Doctores dicētes Pro
curatorē recipiendo Canonem ab eo qui ceci-
derat, nō præiudicare domino, loquitur indi-
ſtinctè, ſiue caducitas eſſet declarata, ſiue nō. ius
enim eſt quaſi tū domino ante declarationē, ſed
reuocabiliter, & iuri q̄ſito Procurator deroga-
re nō poteſt. Reſpondendo ēt, quòd contrariū
procedit, qñ dominus vellet caducitatē decla-
rare, eo qđ emphyteuta non ſoluiſſet, tunc. n. ſi
probat ſe voluiſſe ſoluere factori, qui recuſauit
recipere, excuſatur à pęna, & à mora, ſiue quia
nō extet qui recipiat, ſiue quia videatur ſoluiſ-
ſe, & ab ipſo factore poſtea recepiſſe in depoſi-
tū, vt declarat Pariſ. de Put. loco ꝑdicto, ſed a-
liud eſt, qñ caducitas erat ex alia cauſa cōmiſ-
ſa, q̄ ob defectum ſolutionis; nā oblatio ſoluen
di ſicuti ſolutio nō liberat à pęna, nec impedit
declarationē, & Burſat. d. cōſ. 145. nu. 63. & ſeq.
non probat concluſionē ſuam, qđ Procurator
recipiendo canonem poſt incurſam, ſed non de
claratam caducitatem, præiudicet Domino.

Tertio rñdeo, quòd actus nō petendi inueſti
turā, & recognoſcendi feudū, eſt ſucceſſiuus, &
continet contemptū continuū, donec fiat reco-
gnitio, iō licet aliqñ Procurator, vel Dominus
receperit ſeruitiū, ex quo tñ adhuc durat contē
ptus, & contumacia, pōt de nouo declarari ca-
18 ducitas, ſecundū † Bar. in conſ. 22. nu. 3. verſ.
niſi nō in ſubtiliter Præpoſ. in c. 1. col. 4. verſic.
itē. inquantū iſta gl. quo tempo. mil. & declarat
in propoſito Bero. in conſil. 116. nu. 12. vol. 1.
& hoc comprobatur in caſu noſtro, quia nec

etiam

etiam pédente lite vnquam prædicti fratres ob tulerũt ſe paratos recognoſcere, qđ arguit eorũ pertinaciam, & cõtemptum, facit ꝙ voluit Capic. dec. 16. nu. 6. vbi vult, qđ tempus lapſum pẽdente lite noceat emphyteutæ, ſequuntur alij, quos citat Corb. de cauſ. priuat. ob nõ ſol. cano.

Nec admittitur, ꝙ ceſſet dolus in eis, ex quo ſoluerunt cenſum, & decimã; nam præter dictas ſolutiones tenẽtur etiam dominũ recognoſce-
19 re, fidelitatẽ iurare, & inueſtiturã ſuſcipere, † c. 1. quo temp. mil. Iacob. in ſua inueſtitu. in verſ. qui quidẽ inueſtiti, nu. 35. Cur. Iun. de feud. par. 4. cau. 23. Clar. §. feudũ q. 49. Marin. Frec. de Feud. lib. 1. author. 3. nu. 7. Capic. in tit. feudorum inueſtitura, verſ. tẽpus petendæ, fol. 249. vbi dicit procedere etiam qñ eſt remiſſum iuramentum. Thom. Marin. de feudis lib. 1. tit. 2. nu. 40. & ſeq. Riminal. conſ. 1, nu. 15. & dicitur in dolo
20 qui nõ facit quòd debet, Bart. Ang. & † Caſtr. in l. vbi autẽ, in princ. ff. de eden. Natta cõſ. 17. nu. 3. Crau. conſ. 75. nu. 6. & ſicuti ſoluens partem canonis cadit ad emphyteuſi, ſi nõ integrũ ſol-
21 uat † Spec. d. §. nunc aliqua, nu. 40. Clar. de emphyt. q. 8. n. 4. Corb. de cauſ. priu. ob nõ ſol. can. ampl. 5. ita vaſallus, qui ſoluit cenſum, nõ excuſatur ſi alia nõ impleat, ad quæ tenetur, & præcipuè, ſi inueſtiturã non petit; hoc enim videtur quidã cenſus deuotionis, vel recognitionis, q ſi non præſtatur vaſallus cadit à feudo, quaſi cen-
22 ſum reuerentialẽ omiſerit, † vt inquit Bal. in l. 1. q. 4. nu. 4. ff. de rer. diuiſ. Aluar. in c. 1. col. 1. q̃ ſit primo cauſ. benef. amit. Io. de Amic. cõſ. 149. nu. 1. Cur. iun. d. cauſ. 23. in princ. Clar. d. q. 49. in princ. Thom. Marin. d. tit. 2. nu. 47. Rimin. d. conſ. 1. nu. 15. & 34. Addo, quòd Doctores, qui dicũt dolum requiri prǽſupponũt ſemper dolũ præſumi, ſi ex parte vaſalli iuſta cauſa, & colorata, nõ adducatur, & magis intereſt domini, ꝙ ſibi fiat recognitio, q̃ quòd ſoluatur cenſus, nã per inueſtiturã probatur rẽ eſſe feudalẽ, & ipſa feudi eſſentia, ſeu ſubſtãtia cõſeruatur, ſed per ſolutionem cẽſus, quia poteſt cẽſus, aut decima ſolui ex alia cauſa, q̃ feudi, imo videtur diuerſa cauſa à feudo, vt per Burſat. qui alios citat, d. conſ. 143. nu. 69. & 79. Riminal. conſ. 17. nu. 14. & ſequ. imo multi dubitarunt ſi ſubſiſtere poſſit feudum, pro quo cenſus ſoluatur, vt poſt Camerar. ponit Thom. Marin. d. titu. 2. nu. 82. dato aũt longo temporis curſu, poſſet vaſallus negare feudum, & cõtendere ſolutiones eſſe factas ex alia cauſa; propterea plurimum intereſt domini, quòd fiat recognitio per inueſtituram.

Cauſa autem quælibet excuſat à dolo, & caducitate, qñ illam allegans probat per probabiles, & vehemẽtes coniecturas ſe ex ea cã mo-
23 tum fuiſſe, aliàs præſumitur potius dolus, † ita Bar. in l. inter oẽs, §. rectè, ff. de furt. alios citat Tiraq. de pœnis temp. cauſ. 43. nu. 9. & ſeq. ſed in præſenti facto nedũ non probauerũt ſe hac rõne ceſſaſſe imo eam nunq̃ allegarũt in proceſſu, & proinde inſurgit p̃ſumptio, qđ nõ ex hac cauſa ceſſauerint, vt in ſimili probat Boſſ. in tit. de falſis, n. 57. 64. & 66. vbi dicit, qđ etſi in Notario prǽſumatur potius error, q̃ falſitas, tñ hoc eſt verũ, ſi notarius examinatus ſtatim ingenuè fatetur rẽ prout ſe habuit, ſecus, qñ cõtentiosè negat, & id deduxi in cõſ. 149. nu. 5. vſq; ad finẽ confirmatur aũt hæc opinio, quia in toto proceſſu, & in prima, aut ſecunda inſtantia, nunquã fratres p̃dicti obtulere ſe paratos inueſtiturã ſuſcipere, cum tñ tenerẽtur; nam vbi quis allegat aliq̃ excuſationem, atq; ita vult purgare morã, tenetur hoc facere intra tẽpus breue Ardiz. in
24 † ſum. feud. tit. quib. mod. feud. acquir. rub. 43. quib. ex cau. excuſ. folio. mihi 47. cuius opinio, quãuis dubia ſit, dũ vult concedi purgationem moræ, tñ etiam ſi ſit vera, procedit ſolũ data celeri ſatisfactione. Afflict. c. 1. in fi. quæ ſit prim. cau. benef. amitt. poſt Cardi. ibi. col. 4. Curt. iun. d. cau. 23. col. 2. ver. 5. limitanda Socin. iun. cõſ. 115. nu. 21. vol. 2. quia vt per Cardin. & Curt. iun. nõ intereſt domini, qđ modico tẽpore ceſſauerit. Clar. d. q. 49. nu. 9. vbi loquitur quacunque excuſatione vtitur vaſallus, Pariſ. de Put. de feu. reinteg. c. 93. Marin. Frec. lib. 2. de differ. feu. quater. in 18. differ. nu. 24. fol. 308. Burſat. cõſ. 91. nu. 17. Corbul. de cau. priu. ob nõ peti. inueſt. in fi. facit ꝙ ponit Marin. Frec. d. lib. 2. in 3. author. nu. 7. fol. 237. vbi poſt Guliel. de Perno dicit, ꝙ etſi in regno ob lapſum anni, & diei nõ cõmittatur feudũ, ſed duplicetur releuium, tñ id verum eſt, qñ paulo poſtea vaſallus vadit ad dominũ, & offert ea, quæ ex more debentur, atque inueſtiturã petit, ſed ſi curia prǽuenit, tũc priuatur feudo, quia tacendo, & nõ petendo vr dominũ ſpernere, & cõtemnere, & non poteſt dici quòd dominus eſſet recuſaturus, quia fortẽ illum admiſiſſet, ꝙ vaſallus dẽt ſemper implere ex parte ſua, & quod ſuũ eſt facere, qua rõne multi dicunt, qđ debitor tenetur proteſta-
25 ri, † ſecundũ Bar. in l. ſi reus paratus, in fin. ff. de procur. vbi Bald. & Caſtr. Caſtr. in l. ad idem, ff. de verb. oblig. Alex. in conſ. 120. in fin. vol. 5. & in l. nõ hoc, C. vnde cogna. vbi dicunt, quod debitor facere debet, quod ſuum eſt, quando creditor non extat; facit etiam, quia ſi dominus agat ante lapſum temporis ad pœnam caducitatis, & pendente lite labatur reſiduum temporis,

poris tunc cadit emphyteuta, & tempus litis pẽdentiæ vnitur ad producẽdum caducitatẽ; licet dici poſſit, quòd dominus nõ erat accepturus, Capic.d.deciſ.36.nu.6. Corbul.& alij, quos allegaui ſupra in verſ.factor autem, in fi.

Cùm autem ſit in arbitrio iudicis iudicare ſi
26 iuſta, † vel iniuſta ſit excuſatio allegata à vaſallo, vt inquit Soc.in cõſ.66.nu.17.in fi.vol.3. id q; dep: e endi poſſit ex qualitate cauſæ temporis, & perſonarũ, atq; ex iure, ſi eſt, vel non eſt intricatũ, vt inquit Marin.Frecia, d.author. 3.nu.8.in fi.fol.237. Senatus nulla habita ratione excuſationis prædictæ, confirmauit ſententiã primi iudicis, qua vaſallus fuerat priuatus.

SVMMARIVM.

1 *Feudi conceſſio pro ſe, & filijs, vel deſcendẽtibus, nõ dicitur vna, ſed plures, & tot quot ſunt perſonæ vocatæ, & vnicuique videtur ad vitam datum.*

2 *Conditio donec pendet, nihil ponit in eſſe.*

3 *Permiſſum ad tempus, cenſetur poſt tempus prohibitum.*

4 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*

5 *Licentiam ſi habeat vaſallus alienandi fundum Titio, non poterit alij alienare.*

6 *Feudum alienatum in remotiorem agnatum cum cõſenſu ꝓximioris, fit nouũ in pſona emptoris.*

7 *Laudemium ſoluitur vbi inter fratres fit in aqualis diuiſio rei emphyteuticæ.*

8 *Refutatio non poteſt fieri niſi ei, qui proximè eſt ſucceſſurus.*

9 *Feudi alienatio fieri non poteſt in remotiorem agnatum ſine domini conſenſu.*

10 *Alienatum non videtur feudum quod in agnatorum corpore, ſeu linea conſeruatur.*

11 *Aßenſus domini non requiritur quando alienatio fit in perſonam ab eo approbatam.*

12 *Lex prohibens alienationem feudi, cogitauit de extraneo acquiſitore, nõ de agnato cõprehẽſo.*

13 *Vaſallus in inueſtitura comprehenſus, non dicitur nouus vaſallus, ſed antiquus.*

14 *Reprobari non poteſt perſona ſemel approbata.*

15 *Ius quæſitum agnatis ex conceſſione feudali, ex poſt facto tolli non poteſt.*

16 *Fideicõmiſſum ploribus ſucceſſiuo ordine ſub cõditione relictum, poteſt grauatus vlteriori ante euentum conditionis remittere, nec de hoc alius quam proximior opponere poterit.*

17 *Niſi, dictio, aduerſatur præcedentibus, & affirmat quando aduerſatur negationi.*

18 *Alienatio feudi in agnatum remotiorem, valet conſentiente proximiore.*

19 *Feudi alienatio valet inter agnatos, ſed ſi fiat in remotiorẽ, proximior reuocat mortuo alienãte.*

20 *Agnatus proximior ratificare põt alienationẽ factã in remotiorem, & aperire viam remotiori.*

21 *Tertij ius non excluſiuum ipſo iure, iuris agentis non poteſt deduci in iudicio.*

22 *Approbatum ſemel non poteſt reprobari.*

23 *Repudiari non poteſt hæreditas ſemel adita.*

24 *Legatum ſemel agnitum non poteſt recuſari.*

25 *Feudũ eſt contractus vltro citroq; obligatorius.*

26 *Pœnitẽtiæ nõ eſt locus in contractibus nominatis.*

27 *Innominatus contractus accedente ſtipulatione fit nominatus.*

28 *Refutatio facta in vaſallũ nõ capacem, puta, mutum, non permittitur, quamuis ſit proximior.*

29 *Alienatio feudi antiqui ex pacto, & prouidentia facta in extraneum, reuocatur ab agnatis nõ expectata morte alienantis, ſi in alienatione nõ interuenit domini conſenſus.*

30 *Feudi alienatio facta in agnatum remotiorem, ſine domini cõſenſu, non reuocatur per proximiorem, niſi poſt mortem alienantis.*

31 *Gradus ſequens non admittitur dum primo locus eſſe poteſt.*

32 *Subſtitutio vbi habet locũ in perſona primi, ceſſat in perſona ſecundi.*

33 *In Fideicommiſſo remotior admittitur cum fideiuſſione, quando proximior tacet.*

34 *Feudi alienatio facta in remotiorem cum cõſenſu proximiorum, ſuſtinetur, etiam ſi domini cõſenſus non interueniat.*

35 *Alienatio feudi facta in remotiorem agnatum, ſine domini conſenſu, confirmatur ſi proximior taceat per annum.*

36 *Feudum alienatum in extraneum ſine domini cõſenſu, aperitur agnatis, non domino, ſecundum multos Doctor.*

37 *Feudum alienatum in remotiorem agnatum, ita vt emptor inueſtiatur tanquam de nouo feudo, efficitur nouum feudum.*

38 *Feudum alienatum ſimpliciter in agnatũ remotiorẽ, remanet in ſua qualitate, & antiquitate, ideo decedente emptore ſine filijs, non ſuccedit dominus, ſed ille, qui feudum vendidit.*

39 *Pater viuẽs ſi facit filiũ inueſtiri de feudo antiquo, per hoc non fiet nouum, ſed remanebit antiquum.*

40 *Fratres diuidentes bona, ſi integrum feudum vni aßignent, renuncientque omni iuri, quod in eo habent, non tamen per hoc illi decedenti ſine filijs, prohibentur ſuccedere, ſed admittuntur, ac ſi æqualis facta eſſet diuiſio.*

41 *Camerar.in cap. Imperialem, in princ.de prohib feudi alien.per Federic.reprobatur.*

Agna

42 *Agnatus proximior reuocat pro ſua portione feudum, quod totum fuerat alienatum in alium eiuſdem gradus.*

43 *Feudum venit in reſtitutione fideicommiſsi facti inter vocatos in prima inueſtitura.*

44 *Alienatio feudi fieri põt inter viuos omnibus illis caſibus, quibus fieri poteſt in vltima voluntate.*

45 *Meum quod eſt non poteſt amplius fieri meum.*

46 *Mea fieri poteſt eadem res duplici ex cauſa, quando vtraque eodem tempore concurrit.*

47 *Legatum non valet quando nullum continet legatarij commodum.*

48 *Fideicõmiſſarius cui ante euentũ cõditionis reſti tutũ fuit fideicõmiſſũ non dicitur habere à fidei cõmittente, ſed à grauato dum conditio pendet.*

49 *Refutatio vera quæ ſit.*

50 *Filius inſtitutus hæres in teſtamento patris non ſuccedit ex teſtamento in feudo.*

51 *Legatum feudi factum agnato proximiori, valet quando teſtamentum poteſt illi aliquam afferre vtilitatem.*

ARGVMENTVM.

Dato, quòd vaſallus poſſit de feudo diſponere in præiudicium vocatorũ, vel dato quòd feudũ ſit antiquum, an vaſallus poſſit de feudo diſponere in remotiorem agnatum, non immediatè ſucceſſurum abſque domini conſenſu.

DECISIO CCCXLIII.

POSSE primum feudi acquiſitorem de eo diſponere ad præiudicium vocatorum, communis Doctorum recipit opinio, ſed aliud proponitur dubium, an ſi demus contrariæ ſententiæ locum, vel ſi feudum ſit antiquum, poſſit vaſallus abſque domini conſenſu de feudo diſponere in remotiorem agnatum nõ immediatè ſucceſſurũ, uel potius hoc quoq; caſu requiratur dñi conſenſus ad validitatem actus, & uidetur dñi conſenſum eſſe neceſſariũ, quia cũ feudũ vni conceditur pro ſe, & deſcendentibus. vel filij non vna eſt conceſſio, ſed plures, totque ſunt conceſſiones quot ſunt perſonæ ad feudum vocatæ, & vnicuique ipſarum cenſetur ad vitam datum feudum, qđ per illius mortem reuertitur ad dominum, qui eo tempore vi
1 detur alij immediatè vocato illud concedere, † vt declarat Iſer. in c. 1. §. hoc quoq; nu. 9. ver. videtur donare qui feudum, tit. de ſucceſſio. feud. & in c. 1. nu. 38. in fi. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi Camer. ver. & quoad prædictũ, folio mihi 768. Io. Baptiſta Surdus, in §. Titius, nu. 12. Scrad. pat. 8. cap. 5. nu. 13. cum igitur feudũ hoc ordine ſit conceſſum, vt remotior nõ veniat, do nec proximior viuit, nõ poterit ſine domini voluntate alterari, is. n. remotior dum proximior viuit habetur ꝓ extraneo nõ aũt pro infeudato, quia vocatus eſt ſub conditione ſi proximiores defecerint, & conditio donec pẽdet, nihil ponit
2 in eſſe, † l. cedere diem, ff. de verb. ſigni. l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ. cau. teſtã. dixi in conſ. 91. num. 11. ſicuti igitur fieri non põt ſine dñi aſſenſu alienatio in extraneũ. vt ponunt Doctores in c. Imperialẽ, đ proh. feud. alien. ita nec ĩ agnatũ, q durãte vita primi nõ eſt ſucceſſurus.

Secundo feudi alienatio abſque domini voluntate duplici rõne eſt prohibita, prima ne minuatur imperij honor. ſecunda ne alius habeat non vocatus à domino. ponũt Doctores, in d. c. Imperialẽ. Camer. ibi ver. ad hęc conſideramus, fol. mihi 173. ſed ſi ꝑmitteretur alienatio in remotiorẽ ſine aſſenſu, dominus haberet vaſallũ à ſe nõ vocatũm, & licet ſit aliquo caſu, & aliquo tempore vocatus, tñ eo caſu, & eo tempore, quo proximior viuit, remotior nõ dicitur vocatus quinimo proximiore viuente, remotior dr̃ excluſus, & nõ vocatus, quia admiſſus vno tpe cenſetur, alio excluſus; ſicuti permiſſum ad tempus
3 cenſetur poſt tp̃s prohibitũ. † l. ſi vnus, §. 1. ubi Bal. l. Epiſtola, §. fi. ubi Caſtr. ff. de pact. & dicit Bal. in l. edita, col. 13. C. de eden. ꝙ affirmatiua limitata ad tẽpus inducit negationẽ, poſt illud probaui in conſ. 52. nu. 23. & incluſio vnius eſt
4 alterius excluſio, † c. nonne, de præſum. l. cùm prætor, ff. de iudic. alios poſui in conſ. 135. nu. 43. dominus aũt viuentibus proximioribus, eos ad feudum eligit, iõ non põt eo inuito alia perſona ſubrogari, & hac rõne videmus, ꝙ ſi dominus concedit vaſallo licentiã alienandi feudum
5 Titio, non ſuſtinebitur alienatio alij facta, † gl. in d. c. Imperialem, in uer. ſine permiſſione, ubi Iſer. nu. 4. & ſequuntur alij Doctores, Corbul. q. alios citat de iure emph. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat. 8. Molin. de primog. Hiſpã. lib. 1. c. 11. nu. 42. & Iſern. in d. c. Imperialem, nu. 4. dicit, ꝙ dominus concedendo, ꝙ feudum uendatur Titio, uidetur prohibere ne cuiq̃ alteri uendatur. ſequitur Aluar. nu. 8. uer. quarto cũ gl. 5. & eſt tex. in l. cum ita legatũ, ff. de cond. & demonſtr. ubi dicitur, quòd mulier, quæ Titio nubere iubetur, cæteris omnibus nubere prohibetur. offenditur igitur uoluntas domini, quando

uiuen-

viuente eo, quem ipſe eo tempore elegit alius ſubinducitur in feudi poſſeſſionem qui erat in aliud tempus electus.

Tertio vbi feudum alienatione vaſalli tranſit in agnatum remotiorem, etiam cum proximioris cōſenſu, tunc fit nouum in perſona remotioris,& deſinit eſſe antiquum, quamuis talis emptor, vel acquiſitor ſit ex vocatis ī prima
6 inueſtitura,† ita de mente Iſern.concludit Afflict.in c.1. nu. quadrageſimoprimo; de vaſall. decrep.ætat. vbi ait perpetuò notandum, quia mutatione perſonæ mutatur feudi natura,& dicit Zucard.l.fi.nu.trigeſimooctauo,C.de edict. diui Adr.tollen. quòd filius,qui ex patris donatione eo viuente habet emphyteuſim, ſoluere tenetur Laudemium, quia eam non capit velut comprehenſus in inueſtitura, ſed ex noua cauſa.& ſubdit,ꝙ vbi fit rei emphyteuticæ inæqua
7 lis diuiſio inter fratres, ſoluēdum † eſt Laudemium,allegat Guid. Pap.Practic.Papienſ.Iaſ.& Aufred.& qn̄ remotior emit, conſideratur tanquam extraneus.Afflict.c.1.in princ.nu.114.de ſucceſ.feud.& res empta iudicatur,non tamquā antiquum patrimonium, ſed tamquā noua res, & de nouo acquiſita, vt per Tiraqu. de retractu conſang.§.trigeſimoſecundo, gl.vnica,nu.quadrageſimoſexto,vbi fortius loquitur in eo, qui immediatè debebat venditori ſuccedere,& diſtinguit inter lucratiuum,& onetoſum titulum eo,quod titulus lucratiuus transferat rem intuitu ſanguinis tamquam in ſucceſſurum, alius verò tamquam in extraneum ſolius pretij, & recō penſationis intuitu.ſi igitur feudum ſit nouum, & ex noua cauſa in nouam perſonā transfertur, nemo negabit quin domini conſenſus neceſſarius ſit non minus quàm ſi alienaretur in extraneum,qui non ſit vocatus in inueſtitura.

Tertio facit, quia hæc alienatio quæ fit inter agnatos comprehenſos in eadem inueſtitura,dicitur quędam refutatio, vt volunt omnes, qui contrarjam partem amplectuntur,& dicam infra,ſed talis refutatio nō poteſt fieri, niſi ei,qui
8 proximè eſt ſucceſſurus.† Bal.in c.1.in princip. nu.7.de alien.feudi pat.Afflict.in §. & ſi clientulus,nu.trigeſimotertio,de alien. feud.Iſer.in d. c.1.& ſi libellum,num.4.vbi Nardus,Cametar. in cap.Imperialem,in princ.verſi. quæ ſi reſpectu ipſius feudi,folio mihi 107. vbi dicit refutationem à lege faudali conceſſam eſſe ſolum fauore proximioris, nō etiam remotioris, ergo vbi refutatio fit alij, quam proximè ſucceſſuro erit alienatio à feudali cōſtitutione prohibita, quæ aliter non valet,niſi fiat cum domini conſenſu,ſine quo mutari non poteſt ordo ſucceſſioni, & progreſſui datus à principio.

Quarto hanc partem quòd nō valeat alienatio feudi ſine domini conſenſu facta in remo-
9 tiorem agnatū, tenuerunt multi, † & præcipuè, Camer.in d.c.Imperialem,in princ.in d.verſic. quæ ſi reſpectu ipſius feudi, fol.mihi 107.vbi dicit, quod ſi refutatio in eum fieri nō poteſt multo minus tolerabitur alienatio, quia rei,& perſonæ cōmutatio non fit ſine domini conſenſu. idem dicit in verſ.quid dicemes nos,fol.175.& multis ſeqq. vbi dicit patrem non poſſe feudū inęqualiter inter filios diuidere ſine cōſenſu domini.idem tenuit in verſ.ruiſus, aut immediatus,fol.229.vbi vult in ſolum eum qui tūc erat immediatè in feudo ſucceſſurus fieri poſſe refutationem,ſed ante eū hoc voluit Iacob. de Beluiſ.in tit.de prohib.feud.alien.per Feder.col.3. verſ.quæritur numquid vaſallus Aluar.d.§.Titius,col.2.ver.item præmitio quod licet ſit,vbi idem tenet Afflict.qui clarius loquendo in cap. 1.num.trigeſimotertio,de alien.feud.pater dicit,quod alienatio facta in remotiorem ſine domini conſenſu,eſt ipſo iure nulla.

Contrariam tamen ſententiam veriorem eſſe, quod ſcilicet quantum ad ipſum dominum ipſiuſq; præiudiciū feudi fieri poſſit alienatio in agnatum remotiorē factaq; ſuſtineatur,& valida ſit,nec à domino impugnari poſſit, ſuadēt infraſcripta,primo,ꝙ ex mente domini,& legis & prouidentia, feudum eſt in agnatos in inueſtitura nominatos tranſitutū,ideo neq; lex domini,neq; cōſuetudinis feudorum prouidentia læditur,qn̄ remotiori feudum datur, vt per Laud.in d. §.Titius,nu.vigeſimo,ſi de feud.defuncti fuer.controu. ſecundo, nō videtur alienatū, ꝙ in agnatorum corpore ſeu linea cōſeruatur,
10 argumēto,†l.primæ,C.de impon.lucrat.deſcr. lib.10.ponit Bal.in conſ.300.in princ.vol.2.3. quia perſonis cōprehenſis in inueſtitura non eſt interdicta feudi acquiſitio, & licet eis fiat præmaturè feudi reſtitutio, tamē cum perſona ſit à domino approbata nō requiritur amplius aſſen
11 ſus,† arg.l.an ēt in patrem, ff.ꝙ falſ.tuto.auth. Bal.in c.Imperialē,in prin.n.8.de prohib.feud. alien.per Feder.quarto lex prohibendo alienationē,cogitauit de extraneo acquiſitore,nō au-
12 tem de agnato,† vt per Butr.in conſ.37.col.2. argumento l.volūtas,C.de fideicom.vbi infert, ꝙ ideo emphyteuta pōt alienare in pariter emphyteutā,allegat Ioā.Andr.Guliel.Cun. Bart.& alios,quinto vaſallus ſeu agnatus in inueſtitura comprehenſus,non dicitur nouus vaſallus,ſed antiquus loquendo in emphyteuta, concludit
13 † Rip.in l.qui Romæ,§.duo fratres, nume.87.

in

in fin.ff.de verb.oblig.vbi allegat Io. de Anan. & alios,inferens,ꝙ ideo non ſoluit Laudemiũ, nec cogitur inueſtituram capere,ſexto agnatus q̃uis remotior paris eſt conditionis cũ proximiore, & eo qui nunc feudũ poſſidet,ideo ceſſat domini intereſſe,vt deducit Butr. in d.cõſ. 37.col.2.ceſſante autem intereſſe,nõ poteſt feudi alienationem impugnare ſeptimo perſona agnati quamuis remotioris fuit ſemel a domino approbata, qñ illum ad feudi ſucceſſionem vocauit,& qñ pro eo ſicut pro alijs cõceſſit feu
14 dũ,ergo non põt nunc reprobari,† l.ſi quis teſtibus,C.de teſtib. l.Põponius ſcribit,ff.de neg. geſt.Oſaſc.deciſ Pedem.ſexageſimaſecũda,nume.decimooctauo,Beccius in conſ.3.nu.trigeſimonono. Octauo in fauorem vaſalli inductũ eſt,ꝙ eo viuente alius non ſuccedat, ergo huic fauori debet poſſe renunriare,l.ſi quis in cõſcribendo,C.de pactis,& ꝙ fuit in eius fauorem cõceſſum,non debet in odium retorqueri,l.qđ fauore, C. de legib. ſic etiam hæc dilatio dicitur reſpicere poſſidentis agnati cõmodum, ergo illam põt remittere, nec per hoc fit domino præiuditium.Nono ſucceſſores oẽs habẽt in feudo ius æquale cũ eo cui primo feudum fuit conceſſum: nã per conceſſionem ius eſt q̃ſitum omnibus illis pro quibus feudũ conceſſum fuit,ita ꝙ
15 ex poſt facto tolli non põt, † ca. 1. de feud.ſine culpa non ammit.faciunt notata per Bar.in l.q Romæ,§.duo fratres, ff.de verb.olig. Latè Cephal.in cõſ.302.nu.51.& ſeq.& n.96. vbi vult, quòd ius agnatis quæſitũ tolli nõ poſſit ã domino nec ab agnato,& nu.112.& 143.vbi loquitur in naſcituris,& poſtea conceptis, & poſſem infinitos allegare,& quoad remotiores dicitur tãtummodo impedita adminiſtratio glo.in ca. 1. de cognit.feud.latè Pariſ.conſ.vigeſimotertio, nu.128.& ſeq.vol.1.Io.Bapt.Surdus,d.§.Titius, num.decimotertio, & ſeq.vbi alios citat. illud verò,ꝙ non omnes incluſi in inueſtitura veniãt ſimul,& eodem tempore,ſed ſucceſſiuo ordine vnus poſt alium,cõcernit ipſorũ omnium mercatorum commodum,non autem domini vocãtis;quinimo oẽs illi cenſentur ad feudum vocati contemplatione primi acquirentis; cum ſint incogniti domino, ideo ſi talis ordo peruertatur,nihil intereſt domini,ſed ipſorum vocatorum; vnde dominus cõqueri de hoc nõ poteſt. Decimo videmus in fideicommiſſo, ꝙ fuit ſucceſſiuo ordine ſub conditione pluribus relictũ poteſt enim grauatus illud renunciare,& remittere vlteriori alicui ante euentum conditionis, nec de hoc alius quam proximior opponere po
16 terit.† eſt tex.in l.poſt mortem,vbi oẽs Doctores notant,C.de fideicom.& tamen poſterior ille erat vocatus ſub conditione poſt mortẽ primi tantum, & agitur de implenda voluntate teſtatoris cui iura plurimum fauent,& quæ ad vnguem eſt implenda.Vndecimo textus,in c.1.de alien.feudi par.probat hanc ſententiam inducẽdo duplici modo;primo,dum inquit feudũ paternum non alienari ſine domini conſenſu niſi cõſentientibus agnatis ergo ſupponit,ꝙ agnatis cõſentientibus fiat ſine domini cõſenſu,quia dictio, niſi, aduerſatur præcedentibus, & affir-
17 mat qñ aduerſatur negationi, † l.actione, vbi Bar.Bal.Salic.& alij omnes, C.de tranſ.cũ multis quos citaui in conſ.11.nu.1.& ſeqq.ergo valebit alienatio, & ſoli agnati contradicere poterunt,non autem dominus. Induco ſecundo, dum inquit inter agnatos concedi alienationẽ, ex quo enim non diſtinguit de proximioribus, vel remotioribus debet indiſtinctè intelligi, l. pretio, ff.de public.in rem actio. & cum res ſit in frequentiſſimo vſu nõ eſt credendum, quod iura dimiſiſſent intactam hanc quæſtionẽ,ſi aliter ſenſiſſent ſeruandum in remotiori quam cũ proximiore.Duodecimo videmus,quod ſi proximior agnatus cõſentiat, valet in remotiorem
18 alienatio,† vt probant Doct.in c.1.in princ.de alien.feud.pater.& in §.Titius,ſi de feud.defun. fuer. controuer. ergo non agitur de præiudicio domini,ſed agnatorum proximiorum,& conſequenter ſine domino ſuſtinetur alienatio.

Authoritatibus quoque hæc ſententia fulcitur,eam enim in primis probauit Bald.in c.primo, numero primo,in fine verſic.nota quod inter agnatos,de alien.feu.pat.vbi dicit, quod inter agnatos valet alienatio feudi paterni, ſed ſi fiat in vlteriorẽ,tunc proximior reuocat mortuo
19 mortuo alienante.† idem dicit in c.Imperialẽ, num.octauo, vbi dicit,quod facta in remotiorem ſine conſenſu domini, ſuſtinetur viuente alienatore, eo verò mortuo per proximũ reuocatur;ſi igitur valet viuente alienatore, vtique dominus non reuocat, quia ſi poſſet reuocare non valeret durante vita alienantis.idem ponit Bald.in cap.primo, hoc quoque numero decimoſeptimo,de ſucceſſ.feudi,vbi dicit, quod facta alienatione in agnatum,dominus non contemnitur, & ideo quando ſit vni in præiudiciũ aliorum,poſſunt alij mortuo alienatore reuocare pro eorum portione,& in cap.1.num.11.de alien.feud. in fi.concludit, quod vbi alienatio prohibetur fauore tertij, vt agnati, tunc eo nõ conſentiente,non valet,& circa med.refert aliquos dicentes,quod extraneis nõ fit ſine domini conſenſu, ſed bene fit agnatis.idem Bald.in

c.1.nu.5.in fi.de vaſallo qui contr.cóſt. Luthar.
in c.ſanè,nu.4.ver.& ex hoc ſequitur de renũc.
vbi ait quod ſi vaſallus vendit feudum remo-
tiori,Dominus nõ reuocat,ſed proximior agna
tus,quia proximior poteſt ratificare, & agnato
ſequenti aperire viam,& hoc videtur tacitè fa-
cere eo ipſo,quod nõ reuocat feudum intra an
num,& diem,§.Titius,ſi de feud. defunct.fuer.
cõtrouer.Aluar.in c.1.in princ. col.2.ver.nota
aliquid concedi,de alien.feud. pater.vbi quod
in remotiorẽ,ſine Domini conſenſu valet alie-
natio viuente alienatore, & poſt mortem reuo
catur ſolum à proximiore,ſequitur Præpoſ.ibi,
nu.2.hoc etiam placuit Martin.Laud.in d.§.Ti
tius filios,nu.20.vbi dicit,ꝙ alienatio facta vni
ex agnatis etiam qui ſit remotior,valet,Domi-
nõ cõſentiente quoad ipſius præiudiciũ , quia
in hoc non decipitur Dominus , nec ſit contra
naturam recti feudi quę eſt,quod progrediatur
in deſcendentes,& agnatos, & facit cõcluſionẽ
quod in agnatum cuiuſcunque gradus permit-
titur alienatio quoad dominũ,quia ipſe non of
fenditur,& ſubdit hanc eſſe pulchrã concluſio-
nem Afflict.in c.1.§.ſi cliẽtulus,nu.33.de alien.
feud.clarius in c.1.nu.38. de vaſall. qui contra
conſtitut.Lothar.vbi dicit,ꝙ conſenſu Domini
alienatio licitè fit in remotiorem , nec dicitur
contemni Dominus,ſed proximior agnatus, ꝗ
ſolus ideo reuocat.atque ita tenet ꝙ quoad ip-
ſum Dominum licitè fiat alienatio, & idem vo
luit Præpoſ.dicto,§.Titius,num.6.Socin.iun.in
conſ.72. nu.39. volum.1. vbi dicit alienationẽ
feudi ſine conſenſu Domini factam in remotio
rem valere, quoad hoc ne Dominus poſſit illũ
impugnare cum eius non interſit; Natta in cõſ.
475.nu.14.vbi vult non requiri conſenſum Do
mini , qñ alienatio fit in comprehenſum in ſua
inueſtitura. Cephal. qui alios citat in conſ.27.
nu.8.& 9. vbi dicit alienationem in remotiorẽ
agnatum factam eſſe nullam ad fauorem agnati
proximioris, & ideo volente demũ agnato erit
nulla, ſed non eſt nulla ad beneficium Domini,
quia non dicitur facta ad eius contemptum, ad
ducit Afflict. Brun. & alios Rolan. in conſ.57.
num.64. verſic. deuenio ad quartum in 3.vol.
vbi allegando Bald.Mart.Laud. Præpoſ. Alex.
Feli.Afflict.Brun.& alios,dicit non eſſe nullam
alienationem,ſed valere ad pręiudicium Domi
ni , quia per eam Dominus non fuit deceptus,
nec quid actum eſt contra naturam feudi Deci.
in conſ.55.n.69.in 3.vol.Bolognet.in l. qui Ro
mæ,§.duo fratres,nu.185.ff.de verbor.ogliga.
vbi ait loquendo in emphyteuſi,quòd conſen-
ſus Domini non requiritur, qñ alienatur in a-
gnatum quamuis remotiorem,quia eſt de per-
ſonis fidelib.& approbatis à Domino,& alienã
do non cadit in cõmiſſum,licet proximiores a-
gnati poſſint reuocare, & idem voluit Crau.in
conſ.303.nu.4.vbi dicit, ꝙ poteſt ſine Domini
cõſenſu alienari in agnatum maximè æquè pro
ximum Iacob.in ſua inueſtitu.in ver.& cum pa-
cto nõ alienandi,nu.32. & 33. vbi dicit valere
talem alienationem ,ſed reuocari poſſe à pro-
ximiore.Ruin.in conſ.8.nu.1. & 11. vol.1.vbi
ait tenere feudi antiqui alienationem factã ſine
Domini conſenſu , ſed alienatore mortuo re-
uocari ab eo, qui eſt proximior. hãc partem di-
cit veriorem cõem,licet cõfusè admodum quæ
ſtionem hãc pertractet Amad. à Ponte in tract.
Laudim.q.12.col. 5.cum quattuor ſeqq. vbi iõ
infert ob alienationem factam in remotiorem
nõ deberi Laudemiũ.Thom.Marin.de feud.lib.
1.tit.2.nu.122. vbi ait, ꝙ alienatio in proximè
ſucceſſurum valet, ſine conſenſu Domini ; at ſi
fiat in remotiorẽ,poterit à proximiore reuoca-
ri,& emphyteuſi. hoc voluit Corbul. de emph.
in tit.de cau.priuat.ob alien.in 6.limita.vbi in-
diſtinctè dicit alienari poſſe ſine Domini cõſen
ſu in eũ qui ſub eadem inueſtitura eſt compre-
henſus,nec cõſtituit diſcrimen inter proximio
rem,& remotiorem vltra quod rationes allega
tæ cõcludunt etiam reſpectu remotionis.Ioan.
Baptiſta Surdus in d.§.Titius,nu.6.& latius,nu.
10. vbi hãc partem tenet,& nouiſſimè Scrader.
de feud.par.8.c.2.nu.62.in 3.limitatio, vbi mul
tos allegat præcipuè Sonsbech.de feudis, parte
decimatertia,num.centeſimodecimoſexto,vbi
dicit alienationem ſuſtineri tam vbi eſt facta ſi
ne conſenſu Domini, quam vbi is interuenit;
quibus affirmandum eſt hanc eſſe communem
opinionem,& à pluribus approbatam.

Hac opinione retenta,ad contraria argumẽ-
ta facilis erit reſponſio,& quod attinet ad pri-
mum licet fructum eo ordine ſit conceſſum, vt
ad ſubſequentem agnatum, non tranſeat do-
nec viuit is, qui eſt proximior, & tot cenſean-
tur inueſtituræ, quot ſunt perſonæ, attentæ ta-
men, vt dixi ordo hic concernit non Domini,
ſed inueſtitorum fauorem, & ideo non aliter
ſeruandus eſt, niſi volentibus ipſis Bald. in di-
cto capitulo ſanè, numero quarto, de renun-
ciatio. vbi dicit, quod agnatus proximior ra-
tificare poteſt alienationem factam in remo-
20 tiorem, & aperire viam remotiori, † quod
facere non poſſet, ſi ageretur de præiudicio
Domini, argumento l. id quod noſtrum eſt,
Digeſtis de regulis iuris, & lege non debet al-
teri, Digeſtis eodem, quia factum vnius
non

non debet alteri nocere, l.tranſactione matris,
C. de tranſactio. & ſi dominus cõtradiceret nõ
petet ſed tertij ius allegaret,quod cum nõ ſit ip
ſo iure excluſiuum, ex quo proximiores agnati
poſſunt conſentire,nõ poteſt deduci in iudicio,
21 † l.loci corpus,§.competit,ff.ſi ſecu. vend.l.2.
ff.de except.rei iudic. dixi in conſ.150.nu.88.
& vaſallus poſſidens replicare poſſet domino
quoad te liberas ędes habeo,& quod agatur ſo
lum de præiudicio agnatorum, quando feudũ
de vno in alium tranſit, demoſtratur patenti ra
tione,quia certũ eſt, quod feudum poteſt à va-
ſallo qui ſemel poſſedit alij refutari,qui ſit pro
ximior,idque ſine Domini conſenſu, cap.1.de
alienat.feudi, vbi Doctores omnes, & tamẽ hic
proximior non eſt vocatus viuente vaſallo,nec
interim dicitur vaſallus, & ſi verũ eſt, quod in
contrario aſſeueratur,non poſſet vaſallus refu-
tare proximiori, quia cum ſemel acceptauerit
feudum, non debet poſſe refutare, quod enim
ſemel placuit non debet poſtea diſplicere,ca.ꝙ
ſemel,de reg.iur.in 6. & ſemel approbatum nõ
22 poteſt reprobari,† l.ſi quis teſtibus,vbi gloſ.&
& Doctores, C.de teſtibus, & l.Pomponius,ff.
de nego.geſt.ſicuti dicimus,quod repudiari nõ
23 poteſt hæreditas ſemel adita,† l.& ſi ſine,§.ſed
quod Papinianus,ff.de minor. l.ei qui ſoluẽdo,
ff.de hæred.inſtituen.Bald.in l.in ſubſtitutione,
in fin.ff.de vulgar.Ruin.conſ.160.num.decimo
octauo,volumin.ſecundo.Natta conſ.469. nu-
mero tertiodecimo.Cephal.in conſ.52.num.vi
geſimoſecundo,ſic legatum ſemel agnitum nõ
24 poteſt recuſari,† Socin.iun.in conſ.18.numer.
ſecundo,& ſeptimo, volumin.quarto. vbi vult
poſt acceptationem concedi repudiationem,&
ſolum caſu quo detectum fuit onus quod prius
ignorabatur fuiſſe iniũctum legato, & feudum
25 eſt contractus vltro citroque obligatorius,† c.
primo,in fine,de forma fidel. Baldus in cõſilio
353.volumine primo,capit.1.§.ſi facta, nume-
ro vndecimo, ſi de feudo fuer. controuerſ.Be-
cius in conſilio 56.nume.6.& ſeq.Scrader. de
feud.par.2.cap.2.num.1. & ſeq.quin. etiam di-
citur contractus nominatus,Curt.iun. de feud.
in 2.par.prin.nu.52.Brun in conſ.2. nu.17. Iaſ.
prælud.feudo.num.34.Scrader.loco prædicto,
nume.1.infinitos ad hoc cumulat Intringlio,de
feudis,quæſt.15.num.11.vſque ad fin.& in con
tractibus nominatis non eſt locus pœnitentiæ,
26 † l.ab emptione,ff.de pact.l.2. C.quand.lic. ab
emption.diſced. Clar.in §.emphyteuſis, quæſt.
2.in fin.Iaſ.in §.actionum,num.112.Inſtitu.de
action.& quod in feudo non ſit locus pœniten-
tiæ, voluit poſt Bald.quem allegat Becius dict.
conſ.56.num.7.& ſeq.præcipuè quando inter-
uenit ſtipulatio,quia cõtractus etiam ſui natura
innominatus accedente ſtipulatione fit nomina
27 tus,† Bal.& Caſtr.in l.quamuis, C.de tranſact.
Iaſ.in rubr.ff.de verb.oblig.nume.18.& in feu-
do ponit Scrader. par.8.c.4. nu 8. Intringliol.
dicta quæſt.15.num.7.cum igitur cõtractus feu
dalis ſit vtrinque obligatorius,non debet vaſal
lo,qui ſemel feudum acceptauit licere diſcede-
re ab eo,& illud refutare alij agnato in præiudi
cium domini, cui fortè gratior, vel vtilior eſt
perſona ipſius vaſalli quam cuiuſuis agnati, &
tamen talis refutatio ex lege feudorum admit-
titur, ergo fatendum eſt, quòd ordo ille ſucce-
dendi inter plures vocatos in eadem inueſtitu-
ra eſt inductus non fauore domini,ſed ipſorum
inueſtitorum,quia ſi fauorem ſolius domini cõ
cerneret,non poſſet præuerti, ſicuti igitur præ-
maturè proximior viuente adhuc vaſallo acci-
pit feudum inuito domino, ita remotior eſt ad
feudum ſibi venditum, vel aliter à vaſallo re-
miſſum admittendus domino reluctante,quia
vtroque caſu militat contraria ratio,quæ ſi pri-
mum non impedit,non debet ſecundum impe-
dire, quia eadem ratio plures caſus reſpiciens
eas debet æqualiter definire,l.eum qui ædes,ff.
de vſucap. & vbi eadem eſt ratio, ibi idem eſt
ius, l.illud, ff. ad leg. Aquil.& reſpectu domini
viuente vaſallo vno,nõ magis dicitur incluſus
ille,qui eſt proximior,quàm ille,qui eſt remo-
tior;& ſi quilibet eſt ſucceſſiuo ordine vocatus,
poſt mortem alterius proximior non minus eſt
excluſus viuente primo, quàm ſit remotior.

Præterea ſi agnatus non dicitur habilis,nec
capax feudi,nec cenſetur vocatus dum vaſallus
inueſtitus viuit non deberet in eum permitti re
futatio,ſicuti non permittitur, quòd per vaſal-
lum fiat ei qui non eſt capax,puta muto,quam-
28 uis ſit proximior,† cap.1.§.fin.Epiſc.vel Abb.
vel debilitatio,cap.primo, an mut.vel aliter de
bilit.Ioan.Riminal.in cap.Imperialem,in prin.
vbi etiam Camerar.in princ.verſic. quibus hoc
aliud addam, folio mihi 17. & ſequuntur om-
nes Doctores in d.c.1.§.fin.

Et dici non poteſt, quod agnatus remotior
habeatur pro extraneo dum viuit vaſallus in-
ueſtitus, vel alius proximior; nam vbi aliena-
tio fit in extraneum de feudo antiquo ex pacto,
& prouidentia, tunc agnati reuocant ſtatim nõ
expectata morte vaſalli alienantis,ſi non inter-
29 uenit domini conſenſus in alienatione,† capi-
tolo primo,in fine,de cap. Corradi,in capitulo
primo,§. hoc quoque,de ſucceſ.feud. vbi gl.&
Bald.num.2.ca.primo,§.Titius, filios,ſi de feu-

di

di fuer.controuer.& ibi notant pariter Doctores, Aluar.in cap.1.§.fi.in 27. concluſ.quæ fuit prim.cau.benefic.amitten.Iacobin.in ſua inueſtitu. in verſ.& cum pacto de non alienando, nu.44.Laud.d.§.Titius,nu.11.verſ.2.caſu, vbi Præpoſ.col.4.Aluar. col.1. & Afflict.col.2.Cephal.in conſ.233.nume.70. vbi dicit omnes ita tenere.Roland.in conſ.57.n.63.vol.3.ſed quādo fit in agnatum etiam remotiorem,ſine domini conſenſu, tunc proximior non reuocat niſi
30 poſt mortem alienantis.† Doctores in d.ca.1. §.hoc quoq; Iſern.Bal.Aluar.& alij, in d.c.1.§. Titius,Socin.iun.in conſ.77.nu.121. vol.1.Cephal.in conſ.29.nu.21.Ioan.Baptiſta Surdus d. §.Titius,num.11. & vigeſimoſecundo. Burſat. cóſ.49.n.44.vbi infinitos allegat. ponit Scrad. par.8.c.8.per totum.Cum igitur iura aliter determinent, qñ feudum alienatur in agnatum remotiorem,quam faciant vbi alienatur in extraneum,fatendum eſt, quod remotiorem agnatū non habeant pro extraneo.Et omni caſu dicendum eſt,ꝙ remotior agnatus habeatur pro extraneo,non quoad ipſum dominum, quia quoad eum non minus eſt feudi capax quam proximior,ſed ſolum quoad proximiorē, quia ſi proximior vult quoad ſe remotior habetur, ac ſi
31 non eſſet in rerum natura, nam † ſequens gradus non admittitur dum primo locus eſſe pót, l.3.vbi Bar.Caſtr.Bal.Rom.& alij,ff.de acquir. hęred.l.quamdiu,la terza,ff.eodem tit.vbi Bar. ait,ꝙ ſequens non admittitur, niſi excluſis primis,& non ſuccedit poſterior gradus,niſi prior excludatur, & inquit Alex.in conſ.22. vol.3.ꝙ vbi ſubſtitutio locum habet in perſona primi
32 ceſſat in perſona ſecundi.† latè Beccius conſ. vigeſimoſexto, nu.1.& ſeq.vbi hanc concluſionem exornat, videtur enim factum fideicómiſſum à Domino per quod vaſallus grauatus feudum poſt mortem reſtituere filijs, vel agnatis, vt per Iſer.in c.1.§.hoc quoque,nu.9.de ſucceſ. feud.Pariſ.in conſ.65.nu.16. vol.3.Scrad.dict. par.8. c.5. nu.13.& ideo in fideicómiſſo remotior admittitur cum fideiuſſione. quando pro-
33 ximior tacet,† glo.in l.peto,§.fratre,in ver.ſuperſit,ff.de leg.2.vbi Bal.notat,ī fin.& ſequitur Imo,ſic ergo erit in feudo,qa in eo admittet̄ remotior donec qui eſt proximior nó cōtradicit.

Et quod domini nihil interſit quod alienatio fiat in proximiorem, vel remotiorem agnatum,probatur ex eo,quod ſi fiat cum conſenſu proximiorum, ſuſtinetur etiamſi Domini con-
34 ſenſus non interueniat,† cap.primo,§. præterea,quib.mod.feud.amitt.dict.§.Titius,vbi omnes Doctores ſiue conſenſus tacitus ſit,ſiue expreſſus,glo.in dicto,§.præterea,in verſ.regreſſum,vbi Iacob.Belu.Bald. Aluar. & Præpoſ.licet ſola præſentia cum taciturnitate non ſufficiat,vt tenent prædicti omnes in dict.§.præterea,vbi etiam Afflict.Tiraquel. de retractu con ſangui.§.primo,glo.nona,nu.148.& 255.Petr. Pecch.de teſtam.coniug.libro tertio, cap.4.circa finem, id verò non liceret inuito domino, ſi de illius præiudicio ageretur.

Idem ſuadetur ex eo,quod facta alienatione in agnatum remotiorem ſine domini conſenſu, ſi agnatus proximior taceat per annum, excluditur, & confirmatur alienatio, ac ſi à princi-
35 pio illius conſenſus interueniſſet, † vt probat textus in dicto, §.Titius, vbi glo.Iſern.Bal. Aluar. Præpoſitus, & Afflict.Felin.in capitulo, quæ in eccleſiarum,numer.55.in fine, verſicul. tamen quia, de conſtitut.Dec. in conſil.295.in fine, & conſil.328. numero quarto. Gozad.in conſil.71.num.ſecundo,in fine. Ruin.in conſil. octauo,num.ſexto,volum.primo, Bero.in conſil.68. nume.55.in primo volumin. Cephal.in conſil. vigeſimoſeptimo,num.duodecimo,vbi multos alios allegat,& loquitur præciſè,quando alienatio facta eſt domino non conſentiente Roland.in dicto conſil. 57 nume.67.volum. tertio.Thom.Marin.de feud.libro primo, titu. ſecundo,num.65.vbi multos allegat. Burſat.in conſ.291.num.229.alios addit Ioan. Bapt.Surdus,d.§.Titius,nu.20.Scrad.de feud.par.8.c.7. nu.42.& quamuis aliqui loquantur interueniēte domini cōſenſu, tamen maior pars admittit eo etiam nó conſentiente, ecce ergo quod ſuſtinetur alienatio,cum tamen ſemper idem domini intereſſe verſetur quo ſtante non deberet valere, ſed vnum eſt quod meo iudicio tollit omnem difficultatem; nam vbi feudum antiquum ex pacto, & prouidentia alienatur in remotiorem domino irrequiſito nó tranſit ad dominum, ſed ad agnatos: quinimo volunt multi,quod agnatis non domino,etiam tum aperia-
36 tur,cū alienatio facta eſt in extraneum.† Iſern. Aluar.Laud. Præpoſ. Pet.Rauen. Fed. Schenc, Afflict.& alij,in capitul.1.§.callidis,de prohib. feud.alien.per Feder. Aluar.Afflict.& alij,in ca. 1.§.ſi quis libellario, quib. mod. feud.amitt.& hanc dicit communiter approbatam,& tenendam in iudicando,& conſulendo. Rol.in conſ. 57.num.61.& ſequen.volum.3.multos allegat Ioan.Bapt. Surdus, dicto, §.Titius,numer.23. licet ipſe contrarium teneat, quidquid tamen ſit, quando in agnatum, non autem in extraneum alienatur, conueniunt omnes, pertinere ad proximiores agnatos,non ad Dominum,

ſi igitur applicatur agnatis nō ēt domino, quid eſt ꝙ Dominus cōqueratur alienationē ſine ſuo aſſenſu factam fuiſſe? certè non video, quomodo ſuū hoc intereſſe deduci poſſit ceſſat igitur argumentū quo dicebatur feudū videri tranſlatū in extraneū, qñ venditur remotiori agnato.

Tertium quoque, nō aduerſatur obiectūquo dicebatur feudum effici nouum, qñ in remotiorem agnatum fuit alienatum, ſm̄ Afflic. & alios ibi allegatos, nam ſi intelligamus ita venditū, vt emptor de eo inueſtiatur tanq̄ de nouo feudo, non erit noſtra quæſtio, quia ſolum quærimus, an per ſimplicem alienationem in agnatū remotiorem feudum mutet naturā non autē an ita vendi poſſit, vt ſit nouū feudum, & tunc erit
37 certè nouum, c. 1. † de eo, qui ſi. fecit agn. vbi Iſer. Bal. Aluar. Præpoſ. & Afflict. gl. & Doct. in c. 1. §. ſi quis miles Imperat. Lotar. Scrad. de feudis, par. 8. c. 5. nu. 26. ver. aut alienauit feudum agnato remotiori, vbi aūt alienatio eſt ſimpliciter facta, nulla adiecta conditione, ꝙ inueſtiatur tanquā de nouo feudo, tūc feudū remanet in ſua qualitate, & natura, & antiquitate, & iō ſi emptor decedat ſine filijs ſuccedit, non dominus, ſed ille, qui feudum vendidit, vt voluerūt
38 † Iſer. Bal. Aluar. Lauden. Præpoſ. Afflic. & alij in d. c. 1. de eo, qui ſi. fecit. alios citat Scrad. d. c. 5. nu. 26. verſ. aut hoc nō eſt expreſſè actum vbi ampliat multis modis, & limitat duobus modis, primo qñ alienans renunciaret ēt iuri ſuccedendi, ſecundo, qñ refutaret per acceptilationem, & præter eum hoc ēt voluit Iaſ. in conſ. 7. nu. 20. verſ. 3. deueniendo, vol. 3. vbi dicit, qđ agnati, qui nō conſenſerūt alienationi, ſuccedunt ac ſi nō conſenſiſſent. Brun. in conſ. 78. nu. 7. in fi. Et ideo dicit in propoſito Bald. in l. 1. q. 15. nu. 12. ff. de rer. diuiſ. ꝙ ſi pater viuēs filium ſuū inueſtit de feudo ꝙ erat antiquum, per hoc non fiet nouum, ſed remanebit antiquum, per
39 † tex. in c. 1. de vaſal. decrep. ætat. & ſubdit eſſe notandum, ſequitur Iaſ. d. conſ. 7. n. 20. vbi allegat Bald. in alijs locis velle, ꝙ noua inueſtitura non faciat feudum nouum. hoc ēt voluit Iaſ. in conſ. 96. nu. 7. vol. 1. Tiraq. de retract. conſang. §. 32. glo. 1. nu. 45. & ꝙ agnatus vendens vel cōſentiens venditioni nō excludatur à ſucceſſione ſi emptor decedat ſine filijs, probat Gabr. in cōſ. 89. nu. 6. & ſeq. vol. 1. vbi nu. 8. vbi duobus tantum in caſibus renunciationē ſeu cōſenſum nocere, vt per eū dictum eſt ſupra, & facit pro hoc, quia ſi fratres diuidendo bona inter ſe cōmunia, feudū integrum vni aſſignēt renunciētque omni iuri quod in eo habent, non tñ per hoc illi decedenti ſine filijs prohibentur ſuccedere, ſed admittuntur ac ſi æqualis facta eſſet di-
40 uiſio, † Bar. in conſ. 58. vol. 1. c. 1. de natu. ſucceſſ. feud. c. pen. de prohib. feud. alie. per Loth. Bal. Aluar. Præpoſ. & Afflic. in c. 1. §. ſi quis miles, Imper. Loth. Alex. in cōſ. 189. vol. 2. multos congerit Becius, in cōſ. 24. nu. 16. vbi per multa vult idem eſſe in fideicōmiſſo, vt per diuiſionē non ita videatur illi renunciatū, ꝙ uno decedēte renuncians nō poſſit ſuccedere, & idem tam in feudo q̄ in fideicommiſſo ſuper eodem facto tenuit Rolan. in cōſ. 51. n. 9. & ſeqq. vol. 4. Scrader. d. c. 5. nu. 26. ver. 5. hoc procedit, & doctrina Bal. in d. l. 1. q. 15. deſtruit dictum Afflict. in cōtrarium allegatum, quia filius eo caſu habet feudum prematuræ nō ex antiqua inueſtitura, ſed ex patris renunciatione, & tñ non dicitur nouum feudum, Præterea agnatus emens feudū nō dicitur de nouo acquirere inſpecta perſona acquirentes quæ eſt vocata, & in inueſtitura cōprehenſa neq; dicitur præmaturè venire, quia vbi proximiores cōſentiunt, vel tacet, dicitur habere ſm̄ voluntatē domini, qui eo modo conceſſit, vt vnus habet poſt alium, ſiue per mortē ſiue per refutationem, vt bene declarat Amad. de Pont. quæſt. Laudem. 12. col. 9. qui in 5. 6. 7. & 8. col. hanc partem defendit, ꝙ liceat vaſallo inuito etiam domino alienare in ſuum agnatū quāuis proximiorem, & declarat feudum tali caſu quoad hoc tantum videri nouū, vt in eius ſucceſſione deſcendētes ab emptore ſemper p̄ferantur deſcendētibus à venditore ſed vbi nō extant aliqui ex emptore ſuccedunt venditor, & ſui deſcendētes, atq; ita eſt nouum, donec extat aliquis ex linea emptoris, & vt dicā vno verbo eatenus eſt nouum quatenus ius ſuccedendi fuit in agnato remotiore repræſentatum, & ante tempus apertum; in reliquis autem remanet antiquum; nam ius illud repræſentationis non habet ex antiqua cauſa ſed ex noua.

10 cto, † capit. 2. de fideiuſſo. Bald. & Salic. in l. 2. C. de uſur. Abb. in cap. conqueſtus, de uſur. & infinitos citat Lupus in l. curabit in 1. commen. §. 6. nu. 101. Ad id verò qd dictum eſt remiſſa videri damna ex eo, q; ſortem recepit; reſpõdetur

tur qđ ex quo intereſſe prędictum tamq̃ expreſſè promiſſum poterat peti actionis iure, illud non cēſetur pet ſortis acceptationē remiſſum,
11 † l. ſi marito, §. ſi. ff. ſol. matr. Bart. in l. fin. nu. 3. ver. circa qđ, ff. de eo, ꝙ certo loco, & ibi Iaſ. nu. 2. ver. rō diuerſitatis. idem Iaſ. in l. 2. num. 3. ver. hinc infero, C. de iudic. Bero. conſ. 200. num. 19. ver. & propterea in caſu, vol. 1. Bellon. in conſil. 23. nu. 6. & hanc opinionem tenuerunt ēt Corn. Soc. Iun. & Io Lup. quos citat & ſequitur Rimi. in conſ. 67. nu. 28. cum n. habeātur pro diuerſis rebus æquè principaliter debitis, vna per ſolutionem ſublata, remanet altera, & peti de nouo pōt, & hoc modo intelligitur qđ voluit Bart. in ea. l. fi. dum inquit intereſſe non deberi ſorte recepta ēt ſi ius ſit reſeruatum, quia locum habet in intereſſe officio iudicis debito. Non ēt mouet qđ recipiendo particulares ſolutiones, ſibi præiudicauerit, q̃a reſpondeo, ꝙ procederet, ſi ſponte recepiſſet, ſed cū fecerit coactè, non pōt
12 aliqua renunciatio præſumi, † fecit. n. quidquid potuit, vt conſequeretur integrū creditū, ſed nō potuit. facit l. donari videtur, ff. de reg. iur. & l. velle nō creditur, ff. eod. & iudicis iuſſus excuſat. l. iuſte poſſidet, ff. de acq. poſſ. vbi Caſtr. Alex. & alij, l. quamq̃. in princ. vbi gl. ff. de aq. plu. arcen. l. qđ quis mādato, de reg. iur. in 6. vbi gl. & Din. l. non videtur data, §. qui iuſſu, vbi Dec. & Cag. ff. de reg. iur. Tiraq. de pœn. temper. cau. 34. n. 4. & non propriè dicitur velle, qui nolle non pōt,
13 † l. eius eſt nolle, ff. de reg. iur. l. nolle adire, ff. de acq. hæred. & ſicuti ei qui non pōt velle non dēt nocere ſi nō voluit, vt per Bald. in l. ab adminiſtratione, C. de legibus, ita voluiſſe nō p̄iudicat ei, q nolle nō poterat. & facit l. velle non creditur, vbi Dec. & Cagn. ff. de regul. iur. ſi ergo fecit quidquid potuit, ut ſolutionē integrā ſui crediti cōſequeretur, nō pōt ei imputari culpa, ꝙ particulares receperit ſolutiones: nam vbi debitor ob paupertatem, uel aliam cām non pōt totum
14 debitum ſoluere, † admittitur ad ſoluendū partē, vt ꝓbatur in c. Odoardus, ubi notat Imo. nu. 11. de ſolut. Iaſ. in l. quidā exiſtimauerunt, nu. 7. ver. 9. limita, ff. ſi cer. pet. & in dubio nō dēt præ-
15 ſumi renūciatio, † l. ſicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pig. vel hypoth. ſolu. l. cū de indebito, ff. de probat. Crau. conſ. 949. nu. 14. conſ. 972. nu. 42. præcipuè qn̄ alia ſumi pōt coniectura. Butr. in c. accidentibus, de priuileg. Alex. in conſ. 33. nu. 7. vol. 5. Dec. in c. gratum, nu. 4. ver. 4. limita, de offic. de leg. & ſicuti mutuans, & ſoluens coactè, pōt vſuras ēt ante morā conſequi, vt latè probat
16 † Lup. in d. l. curabit, in 1. commen. §. 6. nu. 111. ita qui coactè recipit, poterit exigere intereſſe; ſic etiam vidua, quæ fecit quidquid potuit, vt dotes exigeret, conſequitur alimenta, & vſuras
17 dotales. † Doctores in l. diuortio, ff. ſol. matr. in c. ſalubriter, & in c. nauiganti, de uſur. Ploc. in l. ſi quando, §. 11. nu. 27. Cagnol. in d. l. curabit, nu. 17. & ibi etiam Lup. §. 4. nu. 85.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum pluribus intelligitur cuique pro virili relictum.*
2 *Dotem ſi pater & filius in eodem inſtrumēto confiteantur recepiſſe, intelligitur pro virili cuiq; ipſorum fuiſſe ſolutam.*
3 *Inſtituto patre, & eius filijs, pater habebit dimidiam, & filij alteram dimidiam.*
4 *Patre, & deſcendentibus inſtitutis, eodem tempore admittuntur, quando ſumus in extraneis, in quibus non viget neceſſitas reſtituendi.*
5 *Ordo ſucceſſiuus importat, vt etiam ſic vocati veniant per fideicommiſſum.*
6 *Succeſſiuo ordine vbi plures vocantur, intelligitur nedum per vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*
7 *Patre, & deſcendentibus per nomen collectiuū vocatis, tunc deſcendentes veniunt per fideicommiſſum, non per vulgarem ſubſtitutionem.*
8 *Deſcendentiū appellatio plures includit gradus.*
9 *Legatum annuum continet plura legata.*
10 *Vulgaris ſubſtitutio expirat primo acceptante relictum.*
11 *Legatum annuum finitur morte legatarij, nec trāſit ad hæredes.*
12 *Legatarij cōditio, & qualitas conſideratur ſecundum tempus quo cedit dies legati.*
13 *Collectiuo nomine vocati admittuntur ordine ſucceſſiuo.*
14 *Collectiuo nomine deſcendentes vocati cum patre, cenſentur eodem tempore inuitati, & concurrunt quando ſumus in extraneis nullo ſanguinis vinculo teſtatori coniunctis.*
15 *Amicus magnus, & conſanguineus æquiparātur.*
16 *Deſcendentes incogniti cenſentur ordine ſucceſſiuo vocati.*
17 *Confeſſio ſuperat omne genus probationis.*
18 *Patre, & deſcendentibus vocatis ordine ſucceſſiuo, intelligitur per vulgarem.*
19 *Vulgaris ſubſtitutio fieri poteſt in legatis, & fideicommiſſis.*
20 *Crau. conſ. 22. reprobatur.*
21 *Dec. conſ. 236. reprehenditur.*
22 *Anch. deciſio. in conſ. 27. quomodo procedat.*
23 *Aliquid, eſt verbum vniuerſale, & omnes includit caſus.*

Fallen-

24 *Fallentiam regulæ allegans tenetur probare.*
25 *Voluntas teſtatoris, vt lex eſt ſeruanda.*
26 *Acceptatio legati annui ſemel facta ſufficit, eaq; operatur ne pro annis futuris poſſit acceptans repudiare.*
27 *Subrogatus qui eſt diuerſæ qualitatis, nõ aſſumit naturam eius cui ſubrogatur reſpectu illius qualitatis.*
28 *Vulgari ſubſtituto non datur annus qui dari ſolet filio cui fuit ſubſtitutus.*
29 *Legatum annuum poteſt tranſire ad hæredes quando conſtat teſtatorem hoc voluiſſe.*
30 *Conſequens qui vult, cenſetur velle omne neceſſarium antecedens.*
31 *Vulgaris ſubſtitutio includit omnem caſum impotentiæ.*

ARGVMENTVM.

Legatum factum alicui ex ſuis deſcendentibus, an per vulgarem tantum deferatur ipſis deſcendentibus.

DECISIO CCCXLVI.

PRO legato per Magnificum Dominum Ludouicũ Ceresareã in ſuis codicillis facto Domino Franciſco de Vetulis, eiusq; deſcendentibus, orta eſt maxima dubitatio, an dictis deſcendẽtibus cõpetat actio poſt mortem Franciſci qui legatum agnouit, & pro eo tranſegit cũ illuſtri domino Paride Ceresarea poſſeſſore bonorũ, quę aliàs Do. Ludouicus tenebat; nã dictum legatũ vr̃ factum Franciſco pro dimidia, & ſuis deſcẽdentibus pro alia dimidia, quia vbi plures ſunt vocati, intelligitur, cuiq; pro virili relictum, l.
1 non nunq̃. † ff. ad Trebell. l. fi. in princ. C. de impube. Doctores in l. qui cum plures, ff. de vulga. Din. Petr, Rain. Bar. Bald. Alber. & Roma. in l. ſi cum dotem, §. transgrediamur, ff. ſolu. matr. vbi dicunt, quod ſi pater, & filius in eodem inſtrumento cõfitentur dotem recepiſſe, intelligere debemus pro virili cuique ipſorum fuiſſe ſolu-
2 tam, † & cõem dicit ibi Cuma, alioſq; addidi in conſ. 150. nu. 35. vbi probaui hoc ipſum vẽdicare ſibi locum in donatione, & cæteris contractibus, & dicit textus, in l. quotiens, §. hæredes, ff. de hær. inſt. ꝙ ſi plures fuerunt ſcripti hæredes, ſuccedunt ęquis portionibus, & in l. interdum in princ. ff. eod. tit. dicitur, ꝙ ſi inſtitui Titium, & filios fratris mei Titius habebit ſemiſſem, & filij fratris alterũ ſemiſſem, & idem eſt, quando inſtitutus eſt aliquis, & eius filij, quia ille habet dimidiam, & eius filij alterã dimidiã
3 † ſic Bal. tenet in l. Gallus, §. qdã rectè, ff. de lib. & poſth. per tex. in c. Rainutius, & in c. Rainaldus, de teſtam. & eũ ſequuntur oẽs Doct. ibi reprobato Bar. qui contrariũ aſſerebat, & obtinet hæc ſnĩa qñcunq; vltra affectioné neceſſitas nõ ſubeſt inſtituendi, & hanc dicit veram, & cõem opinionem Alex. in conſ. 22. vol. 3. & in d. §. quidam rectè, ver. vbi autem nõ ſubeſſet aliqua neceſſitas, hanc etiam cõem dicit Dec. in cõſ. 236. nũ. 4. verſ. ſed illa opinio, vbi ſuſtinet, quòd fit æqualis diuiſio inter patrem, & filios.

Nec dici poteſt, ꝙ deſcẽdẽtes cenſeãtur ordine ſucceſſiuo vocati poſt patrem, quia vt inquit Bal. in d. §. quidã rectè, nu. 6. illud verũ eſt in deſcẽdẽtibus teſtatoris, in quibus viget ne-
4 ceſſitas inſtituendis, ſed in extraneis, aliud eſt † ſequitur Cum. nu. 9. Caſt. n. 6. Imo. nu. 26. & 27. Aret. nu. 2. ver. mihi placet Alex. n. 7. Soc. nu. 8. Iaſ. n. 24. Garz. n. 50. Rube. n. 45. 48. & ſeq. Ruin. n. 15. & 22. Soc. iun. n. 29. cõem dicit ibi Alc. n. 24. Dida. in c. Rainutius, §. 2. n. 2. Clar. in §. teſtamentũ, q. 80. n. 29. & hãc probat cõem Deci. in cõſ. 1. n. 180. & ſeq. vol. 1. vbi fortius loquič qñ ſubſtitutio facta eſt de fratre, & eius filijs, qa ex quo ceſſat neceſſitas inſtituẽdi, nõ habet locũ ordo ſucceſſiuus, ſed oẽs eodem tpe ſuccedunt. Dec. d. cõſ. 236. n. 3. Burſ. cõſ. 136. n. 1. latiſſimè Card. Mãt. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 7. n. 19. vbi dicit cõem, & loquitur generaliter, qñ ceſſat neceſſitas ſubſtituendi, licet ſubſit charitas, & affectatio, & lib. 4. tit. 9. n. 10. Simon. eod. tract. lib. 3. interpr. 2. dubit. 1. ſolut. 5. n. 38. ver. idem ẽt, folio mihi 238. Gomeſ. de teſtam. c. 2. nu. 3. verſ. 6. & finaliter, ac ver. 2. infero. Oſaſc. deciſ. Pedem. 81. nu. 4. vbi prædicti oẽs loquuntur inſtituto fratre teſtatoris, & eius filijs, multo ergo magis obtinebit ſnĩa hæc in legato, ꝙ fuit relictum extraneo, & nõ cõiuncto ſanguine, in quo non etiã cadit charitatis ratio.

Quod ſi dicamus legatũ intelligi relictũ ordine ſucceſſiuo, res erit clarior ad fauorẽ dictorũ deſcendentiũ, quia mortuo nunc Frãciſco integrũ legatũ trecentorũ aureorum in ſingulos annos debebitur, & hãc partẽ dicti deſcẽdẽtes elegiſſe videntur, cũ petierũt ſibi ſatisfieri ꝓ dicta quãtitate à die mortis Franciſci, vſq; in præſentem diẽ, ordo. n. ſucceſſionis importat, ꝙ ẽt per fideicõmiſſum veniãt taliter vocati, ideſt mortuo patre ſuccedãt filij, perinde ac ſi dictũ eſſet, ꝙ pater, & filius ſuccedant gradatim, vt
5 † voluit glo. in d. l. Gallus, §. quidam rectè, quã ſequũtur ibi Bar. Bal. & alij, præcipuè Caſtr. n. 9. ver. 2. quem declarat Dec. d. conſ. 136. num. 2. verſicul. ſecundo, modo illa verba, & admit-

tunt,

tunt ibi oēs, dum conſtituunt differētiam an ſimul, & eodem tēpore, uel ordine ſucceſſiuo intelligantur plures vocati, quia ſi ſucceſſiuè ſunt vocati, tunc veniunt gradatim unus poſt aliū;

Nec dicatur, ꝙ ordo hic ſucceſſiuus intelligi debeat per vulgarē, nō per fideicōmiſſum, ideſt, vbi Franciſcus nollet, vel non poſſet conſequi legatū, quia reſpōdetur hoc eſſe falſum: nam intelligitur nedum per vulgarem patre ſcilicet nō volente, vel nō valente ſuccedere, ſed ēt per fideicōmiſſum, ideſt vbi pater acceptaſſet legatū
6 † ita Caſtr. in d. §. quidā rectè, nu. 9. vbi ait quotidie cōtingere in facto, & infert, ꝙ hoc caſu pater nō poterit alienare, per l. ſi quis operas, ff. de oper. lib. Dec. d. conſ. 136. nu. 2. & q̄uis hæc ſnīa patiatur aliq̄ difficultatem, qn̄ ſimpliciter vocati ſunt pater & filij per nomen appellatiuum, tn̄ vbi vocati ſunt pater, & ſui deſcendentes per nomen collectiuū, tunc videtur clara, & ſine cōtrouerſia, quia per fideicommiſſum veniunt de-
7 ſcendentes, non aūt per vulgarem. † ita Bal. in conſ. 305. nō eſt dubium, vol. 3. vbi conſiderat, ꝙ vocati ſunt deſcendentes, & ꝙ non erant nati eo tempore, & ſubdit hūc intellectum eſſe amicū naturæ. Anan. in conſ. 46. in prin. Soc. in d. §. quidā rectè ver. quartus caſus. Dec. in conſ. 662. col fi. Crau. in conſ. 22. num. 6. vbi latè defendit hanc partem. Peregr. in tract. de fideicom. artic. 18. nu. 23. in fi. vbi dicit hanc eſſe veram ſtante clauſula codicillari. Iaſ. in conſ. 189 n. 16. & ſeq. vol. 2. vbi ſubdit valdè dutū, & captioſum eſſe diſcedere à ſnīa Caſtr. in iudican. Galiaul. in d. §. quidā rectè, nu. 24. hic aūt dubium non eſt, quin relictum ſit conceptum per verba collectiua, nā dictum eſt de deſcendentibus, quorum appella-
8 tio plures includit gradus, † vt per Galiaul. d. §. quidam rectè, nu. 24. Burſ. conſ. 227. nu. 30. Decian. conſ. 16. nu. 13. in 5. Rimin. conſ. 50. nu. 17. Meno. in cōſ. 85. nu. 3. & conſ. 124. nu. 90. & 29. Petr. de fideicom. q. 5. nu. 177. & ponunt oēs ſupra citati Doctores, dum in facto loquuntur de deſcendentibus ordine ſucceſſiuo vocatis; q̄uis igitur deſcendentes ſint ordine ſucceſſiuo vocati, tn̄ intelliguntur ēt per fideicommiſſum.

Quæ ſnīa qualitercunq; capiatur in alijs terminis, veriſſima videtur in facto, in quo agimus non de vnico, & momentaneo legato; ſed de pluribus: cum.n. ſit annū, nempe de tercentum aureis præſtandis ab hærede in ſingulis annis,
9 continet plura legata, l. cū in annos, † ff. qn̄ dies leg. ced. l. cum in annos, ff. de annu. leg. l. in ſingulos, ff. eod. l. Stichū, §. ſtipulatio, ff. de verb. obli. & tot cenſentur legata quot anni, vt per Balb. in tractat. præſcrip. in 4. par. 4. par. princip. q. 4. Natta in conſ. 548. nu. 5. probaui in conſ. 123. nu. 4. & 5. legato aūt annuo non pōt aptari ſubſtitutio vulgaris, quia vulgaris locum habet ſolum qn̄ primus nō voluit, vel nō potuit, & expi-
10 rat qn̄ primus acceptauit relictum, † l. poſt aditam, C. de impub. Gomeſ. variar. reſolut. c. 3. tit. de vulga. nu. 33. Bertran. conſ. 235. nu. 1. Rimin. conſ. 435. nu. 11. ſed in legato annuo cum plura ſint, daretur vulgaris poſt primi acceptationē, ex quo ſingulo anno vt dixi, renouatur legatum Præterea videretur, ꝙ primus poſſet ſingulo anno repudiare, ēt ſi præcedētibus annis acceptaſſet legatū. rurſus legatū annuū pro primo anno eſt purum, & pro ſequentibus eſt conditionale, d. l. cū in annos, & l. in ſingulos, & continet conditionē, ſi legatarius vixerit, hæc aūt conditio repugnare videtur vulgari ſubſtitutioni. Demū, cum legatū annū finiatur morte, & non tranſeat
11 ad hæredes, l. 4. l. in ſingulos, & l. cū in annos, † ff. de annu. legat. l. Gaius, in fine. ff. eodem, cum multis, quos retuli, d. conſ. 123. num. 4. conditio vulgaris ſubſtitutionis, non videtur annuo legato conuenire, quia deberetur poſt mortē primi, & extenderetur vltra illius vitā, cum tn̄ alia ſit vita primi, alia ſecūndi, & tn̄ dicimus, ꝙ in legato annuo dies cedit quolibet anno, & ſm̄ tēpus illud conſideratur cōditio, & qualitas legatarij.
12 Bar & Doct. † in l. Titia, §. Titia, in fi. ff. de leg. 2. in l. qui concubinā, §. vxori, ff. eo. tit. Iaſ. l. Stichum, §. ſtipulatio, de uerb. oblig. dixi d. conſil. 123. nu. 7. & in legato annuo, qd fuerat relictū matri, & ſuis deſcendentibus, dixit Alba in cōſ. 477. qd tales deſcendentes ſuccedunt mortua matre in totum. allegat Dec. d. conſ. 136. col. 1. ſic ergo erit in caſu iſto, quia deſcēdentes Franciſci intelliguntur uocati poſt eum, etiam ſi ille acceptauerit legatum.

Prædictis uerò nihil mouentibus, ego tenui, ꝙ nullum cōpetat ius deſcendentibus Franciſci pro dicto legato; nā deſcendētes ſicut ſupra uocati, non cenſentur inuitati ſimul, & ſemel cum Franciſco patre, ſed ordine ſucceſſiuo, ideſt poſt matrē; id qd oſtenditur, quia nomen deſcendentium eſt collectiuum continetque ſub ſe plures gradus, ut probaui in ſuperioribus; ubi uerò per nomen collectiuū uocati ſunt poſt patrē poſteri liberi, uel deſcendentes, tunc ſucceſſiuo ordine
13 ſuccedunt, l. peto, † §. fratre, ff. de leg. 2. ita Bar. in d. §. quidā rectè, nu. 4. dū reſpondet ad d. §. fratre, Alex. uel quiſquis ille ſit in conſ. 14. nu. 12. uer. ſecunda concluſio, uol. 4. ubi allegat Ang. Caſtr. & alios in l. ſi C. de uerb. ſignifi. natura. n. uerbi collectiui eſt uocare ſucceſſiuo ordine hanc concluſionem probauit quoque Soc. in d. §. qui-

§.quidam rectè,nu.4.& 5.vbi ob vim verbi collectiui vult, qđ importetur ordo ſucceſſiuus,& infert ad plures deciſiones, vt per eũ,latè cõprobar Ruin.ibi, nu.33. & ſeq. & ſuſtinet Soc.iun. nu.35.& ſeq. intelligendo tñ de nomine collectiuo non ſolũ plurimum perſonarũ, ſed ẽt plurium graduũ, vt per eos, qui ita declarant. Iaſ. ibi,nu.25. ver.3.amplia,vbi allegat Ang.Anch. Cam.Caſt.& Alex.& Aret.inferens ad alias deciſiones propter naturã collectiuè dictionis.Galiaul.n.24.verſ.tertia concluſ. vbi tñ diſtinguit inter collectiuã perſonarum,& collectiuã graduum, & idẽ tenuerunt Dec. Pariſ.Neuiza.Didac.Durãt.& Port.quos citat, & ſequitur Oſaſ. deciſ.Pedem.81.n.14.vbi latè agit,infinitos cõgerit Simon.d.lib.3.fol.5.nu.40.fol.mihi 238. latè ẽt Car.Mant.d.tit.7.n.28. vbi pdicti diſtinguũt inter nomẽ filiorum, & nomẽ liberorum, quia primũ eſt collectiuum perſonarũ ſm verò colligit non ſolũ perſonas, ſed ẽt gradus, ideo primo caſu filij veniunt eodẽ tempore, ſecũdò verò admittuntur ordine ſucceſſiuo Alcia. d.§. quidã rectè, nu.27.& 28. vbi ait oẽs ita tenere Crot.conſ.331.nu.3. Peregrin.de fideicom.art. 17.nu.36.vbi allegat Guid.Pap.Curt.iun.Crau. Ruin.Decian.Menoch.& alios, Decian.conſ.1. nu.199. vol.1. cum igitur per collectiuum nomen vocati fuerint deſcendentes Franciſci, nõ aliter venire poſſunt quam ſucceſſiuo ordine.

Nec dicatur prædicta vera eſſe,qñ præter naturã termini collectiui concurrit ſanguinis affectio ad ſecus, qñ extraneus, & nullo ſanguinis vinculo cõiunctus vocatur,& eius deſcẽdentes, nã tunc deſcẽdentes cenſetur eodẽ tẽpore inui-

14 tati cũ patre,† vt voluit Bar. in l.ſi cognatis,in l.ſi cognatis,in fin.ff.de rebus dub. vbi declarat Socin.nu.32. idem Bart.in l.fin. C.de cõduct.& procur.lib.10.Anch.Imol.Soc. Rimin.ſen.Alc. Iaſ.Ruin.Rube.& Mantu.quos oẽs citat, & ſequitur Peregr.d.art.17 nu.39.idẽ voluit Caſtr. in l.ita,§.fideicõmiſſo,ff.de leg.2. prout eum refert Galiaul.in d.§.quidã rectè,n.24.in fin.ver. & ſcias,poſt Iaſ,nu.28.Simon.d.ſolut.5.nu.44. ad hoc.n.rñdeo,quòd procederet in eo,qui penitus eſt extraneus, at in caſu noſtro D.Franciſcus erat magnus amicus teſtatoris,& ei in obſequijs fuit per multos annos,illũ ægrotantem recepit in domum propriã,illi inſeruiuit,& ſeruire fecit durãte infirmitate, viuentẽ iuuerat opetis,& pecunia, pro eo ſe apud creditores obligauerat, & itercеſſerat, & iõ teſtator affectionẽ habebat,& eũ diligebat nõ minus q̃ affinẽ,ideo que,ſicuti inſtituto fratre, vel conſanguineo,& eius hæredibus ſeu deſcẽdentibus, veniunt illi ordine ſucceſſiuo, ſm prædicta pp ſanguinis cõiunctionẽ,ita idem dicendũ eſt inſtituto amico & eius deſcẽdentibus,quæcunq; enim de cõſan-

15 guineo dicũtur, locũ hñt in valdè amico,† vt per gl.But.Abb.& alios in c.requiſiti,de teſt.& pbaui hac eadẽ in cauſa ſuper articulo ad hoc legatũ intelligatur deſcẽdentibus factũ contẽplatione Frãciſci,& Bar.in d.l.ſi cognatis,in fin, atq; alij,qui eũ ſequuntur mouentur ex affectione teſtatoris in amico aũt non minus q̃ in conſanguineo militat affectio, & nõ eſt curandũ,ꝙ deſcendat potius ex ſanguinis cõiunctione, q̃ ex amicitia eiuſmodi affectio,iõ vbi eadẽ eſt ratio,idẽ quoq; ius ſtatuendũ eſt,l.illud,ff.ad leg. Aqnil.& vbi cõſtat de teſtatoris volũtate,idem dicendũ eſt in extraneo.ꝙ in cõiuncto.Soc.cõſ. 12.in 2.dub. vol.3. & poſt Ruin. ponit Peregr. art.17.nu.39.in fin.Reſpondetur ẽt ꝙ doctrina Bar.cõtrariari vr̃ omnibus illis,quos ſupra citaui,qui volunt,ꝙ vocati per nomen collectiuum ſuccedat,nõ ſimul, ſed gradatim ſucceſſiuo ordine,& mouentur, non pp affectionẽ, ſed propter naturã termini collectiui,q̃ eſt,qđ primi in gradu cenſeãtur prius vocati,& nõ diſtinguunt inter deſcẽdentes cõiuncti, & deſcẽdentes extranei,& iõ Bar.in d.§.quidã rectè,referẽdo gl. quæ rñdet ad l.fi.C.de impub.& dicit,quòd ibi erant extranei,ſubdit,qđ etſi hæc ſit vera ſolutio, tñ non erat neceſſaria in propoſito, & ibi, nu.4.in princ.& in fin.mouetur ex l.fi. C.de verbor.ſignifi.quæ in princ.nõ ſe reſtringit ad propriã potius,q̃ alienam familiã,& Paul.de Caſtr. in d.§.quidã,nu.9.ver.quædam ſunt ponit exẽplum in familia extranei quidquid tamen, ſit prima reſponſio tollit difficultatẽ,poſſet etiam reſponderi,quòd non procedit,qñ deſcendentes non ſunt nati,nec cogniti, vt dicam infra.

Secundo principaliter dicendum eſt, deſcendentes vocatos eſſe ordine ſucceſſiuo, quia tẽpore teſtamenti conditi nulli extabant deſcendentes ex Franceſco,& illi omnes erant teſtatori penitus incogniti, ipſe verò Franciſcus erat vt prædixi, notus teſtatori, ideo deſcendentes incogniti cenſentur ſucceſſiuo ordine vocati,

16 † vt voluit Dec.in conſ.153.in fi.& fuit originalis opinio Baldi,quam defendebãt alij,prout refert Socin.in d.§.quidam rectè, num.3. in fin. verſic. limita tamen licet ipſe contrarium teneat,& dicat eſſe contra communem; ſed eam tuetur Alciat.in §.quidam rectè,num.41.Socin. iun. conſ.40. nume.2.in fi. vol.4. vbi dicit eſſe communem. Oſaſc.deciſ. Pedem.81.nume.16. Burſa.conſ.236.num.3.vbi addit multos alios. Ruin.conſ.160.nu.18.vol.2. Simon de ſolu 5.

num.

nu.40. in princ. verſ.alioquin filij nõ nati.Card.
Mant.d.lib.4.tit.7.nu.27.vbi ꝙ nũdum nati ſed
incogniti teſtatori non poſſunt videri inuitati,
niſi intuitu patris, ideoq; non cenſentur vocati
per concurſum cum patre; atque ita vult,ꝙ vbi
filij vocantur patris contẽplatione, tũc veniant
ordine ſucceſſiuo:& hic eſt caſus noſter, quia in
alio puncto viſum eſt,& cõcluſum,ꝙ patris con
templatione fuerint honorati. Peregr.d.art.17.
nu.26.& eam ſniam,ꝙ honorati patris contem-
platione veniãt ſolum ordine ſucceſſiuo, tenuit
omnium primus Torniel. quem ego legentem
ſæpius audiui, in d.§. quidã rectè,num.14.verſ.
plures quæſtiones. q̃ etſi quoad rõnes impugnet
Card.Mant.d.tit.6.num.25.approbat tñ quoad
principalem deciſionem,nu.27. ver. hæc aũt li-
mitatio,& eum defendit Peregr.num.28. quare
cum deſcendentes nõ nati incerti, & incogniti,
fuerint cum patre vocati,fatendũ eſt eos venire
ordine ſucceſſiuo non per concurſum;& rõ hæc
procedit ſine difficultate, non ſolũ in patre con
iuncto, ſed ẽt in extraneo, quia cum legata, &
inſtitutis non fiant, niſi ob affectionem ẽt qñ fi-
unt extraneis non eſt credendũ qd teſtator ean-
dem affectionem geſſerit erga incognitos,q̃ ha-
buit verſus patrem cognitum; multo aũt magis
obtinebit vbi agitur de patre amico,& beneme
rito,cuius cõtemplatio teſtatorem induxerit ad
relinquendum eius quoq; filijs,& deſcendenti-
bus.cũ itaq; in facto cõcurrant,ꝙ deſcendentes
vocati ſunt p collectiuũ nomẽ,ꝙ erant incogni-
ti,& nundũ nati,quodq; fuerunt patris contem-
platione vocati,nõ eſt dubiũ qn ordine ſucceſ-
ſiuo, & nõ per concurſum dici debeant vocati.

Tertio non videtur ſuper hoc laborandum,
quia ipſimet de Vetulis videtur declaraſſe ſe nõ
per cõcurſum, ſed ordine ſucceſſiuo fuiſſe voca
tos,qñ petierunt integrũ legatũ ſibi præſtari tre
centorũ aureorũ in annos ſingulos, quæ petitio
aliter ſuſtineri non põt: nam ſi concurriſſent cũ
patre non integrũ, ſed dimidiatũ ſibi deberetur
legatũ cẽtum nempe, & quinquaginta aureorũ.
vnde, cum nulla maior ſit probatio, q̃ proprij
17 oris confeſſio, † Doctores, in l.eũ qui,ff.de iu-
reiu. Dec.in rub.de probat.Pariſ.in conſ.75.nu.
52.vol.2.non eſt ſuper hoc ambigendum.

Stante verò præſuppoſito,ꝙ deſcendentes in
telligantur vocati ordine ſucceſſiuo,infertur,ꝙ
non ſunt,neq; intelligi poſſunt vocati per fidei
commiſſum poſt mortẽ patris,qui iam accepta-
uit legatũ, & agnouit diſpoſitionẽ Domini Lu-
douici, ſed tantummodo per vulgatẽ,vbi ſcili-
cet Dominus Franciſcus nollet, vel non poſſet
18 legatũ conſequi,ita dicit † Cuma.in d.§.quidã
rectè,nu.7.ver.vbi aũt inſtituuntur. Aret.col.pẽ.
ver. melius ergo potes. Socin. nu.8. ver.tertius
caſus eſt,vbi ait ita cõſuluiſſe Alex.& ſe ſubſcri
pſiſſe,& eſt conſ.22.vol.3. Dec.conſ.205.nu 6.
conſ.291.nu.2.Ruin.in conſ.92.nu.7.vol.2.vbi
allegat Caſtr.in l.fi.C. de verb.ſignifi. idẽ Ruin.
in conſ.159.num.19.ver,ſed iſtis non obſtanti-
bus,eo.vol. vbi multis authoritatibus,& ratio-
ne quoq; confirmat. Caſtr.conſ.352.in fi.vol.2.
Pariſ. in conſ. 82.num.10.vol.2.vbi dicit com-
munem eſſe opinio. contra Caſtr. idem fatetur
Socin. iun. in conſ.180.n.53.vol.2. vbi & ipſe
reprobat Caſtr. Crot. conſ.45.nu.2. & ſeq. vbi
Caſtr. impugnat Duran. de arte teſtan. tit. 4.
caut.6.num.4. Alciat.§. quidam rectè, num.48.
& ſeq. Card. Mant.d.tit.7.num.30. Didac. d.c.
Rainutius.§.2.n.6.& 7.Simon d.ſolut.5.nu.39.
& 45. folio 239.vbi infinitos allegat, & repro-
bando Caſtr.dicit eſſe communem,& lib.3. in-
terpr.3. dub. 1.fol.9.nu.1.ver.at Raph.fol.280.
Decian.in conſ.1.nu.187.& ſeq.vol.1. vbi dicit
Caſtr. cõiter ab omnibus reprobari,& cõfirmat
multis authoritatibus.Menoch. in tractat. præ-
ſumpt.lib.4.præſumpt.71.nu.8. Peregrin.de fi-
deicom. art.18.nu.6. Gomeſ.de vniuerſal. ſuc-
ceſſ.c.2.nu.4.ver.5. limita ibi adde tñ Clarus,§.
teſtamentũ,q.80.nu.4. Pet.Ant. Anguiſol.conſ.
38. & conſ.80.lib.6.Menoc.conſ.85. nu.73. Si-
mon conſil.103.nume.24. vſque ad 32. & hanc
probauit Marcobr.in conſil.61.num.51. & 91.
& præter ſupradictos,idem uoluit Caſtr.in con-
ſil. 434. per totum,volu.2. vbi dicit ſufficere l.
Gallus,§.1.ff.de lib. & poſth. imo authoritatem
ſuam ſufficere, quia videt, & cognoſcit omnia
prædicta eſſe vera. Petra de fideicom.q.5 num.
157.& Marcobr.in conſ.61.num.83.Craſſ in §.
ſubſtitutio,q.8.nu.11.Decian latiſſimè in conſ.
10.nu.30. & ſeq.vol.3.vbi nouem adducit fun-
damenta pro hac parte, quæ non refero,& quã-
uis multi ex prædictis loquantur in inſtitutione
tñ idem cenſendum eſt in legato, quia in eo mi
litat eadẽ rõ,& quia minus grauamen, & leuius
imponitur per vulgarem, q̃ per fideicommiſſa-
riam,vt cõſiderat Decian.d.conſ.10. quamquã
enim mouentur aliqui ex eo,ꝙ inſtitutio conce
pta per verba directa, non importet fideicom-
miſſum, multo tamen plures mouentur alijs ra-
tionibus, & ideo nedum obtinet hæc ſenten-
tia in inſtitutione, ſed etiam in ſubſtitutione, vt
apud prædictos videri poteſt, & infinitos alle-
gat Pereg.d.articul.18.num.7.in 2.caſu,& præ-
cipuè Pariſ.Socin.iun.Decian. Torniell. & Me-
noch. vt comprehendatur illã non fuiſſe fina-
lem rationem deciſionis, & clarum eſt,quòd in
lega-

legatis quoque, & fideicommiſſis fieri pōt vul-
19 garis ſubſtitutio † eſt tex. in l. vt hæredibus, ff. de leg.2.Cuma.in l. cum ita,§. in fideicōmiſſo, nu.4.ver.& videte,ff.de leg.2.vbi dicit, ꝙ legatum cenſetur ſemel tm̄ relictum ſufficitque ſemel verificari, & ſortiri effectū. ſequitur Ruin. ibi num.51. ver. ſed contrarium.ponit Caſtr.in conſ.159.vol.1.conſ.434.vol.2.Crot.in conſil. 45.nu.3. Ruin.cōſ.92.n.5.conſ.102.nu.10.vol. 2. Vegius in conſ.69.nu.1.Cor.in conſ.29.in fi. vol.2. Alcia.in conſ 487.nu.6.& 7.Card.Mant. de coniect.vlt.vol.lib.8.tit.12.nu.11.& prædicta ſnīa caret difficultate in præſentis facti contingentia,qa in codicillis nullum omnino extat verbū importans temporis tractum in futurum qd ſi adeſſet, res eſſet dubia, & hoc modo ſaluantur quicunq; contrariā partē amplexi ſunt.

Ad primum obiectum quo dicebatur relictū cenſeri omnibus pro virili. & per æquales partes facilè reſponderi pōt ex ſupradictis: nā procedit, qñ aliter non conſtat de voluntate teſtatoris: at hic aliud eſt dicendum ex tribus ſupra deductis; primum,qd deſcendentes ſunt vocati per nomen collectiuum; ſm̄, ꝙ non erant nati, aut cogniti,ſed vocati ſunt ēt qui non erant nati, aut cogniti,ex quo indefinitè dictū eſt de deſcendentibus,quorum nomine naſcituri quoq; veniunt;tertium eſt,qd inuitati fuerunt contemplatione Franciſci patris,ideo tales cōcurrere non poſſunt,nec credendum eſt teſtatorem hoc voluiſſe, vt in principio huius partis deduxi.

Similiter non mouet ꝙ ſi vocati ſunt ordine ſucceſſiuo, admittendi nunc ſint per fideicommiſſum mortuo eorū patre,iuxta conſiliū Decij poſt Caſtr.in d.§.quidam rectè,nu.9.dico enim, ꝙ cum ſucceſſiuus ordo duobus modis intelligi poſſit.primo, vt intelligantur vocati per ſolam vulgarem, ſi nominatus non voluerit, vel non potuerit ſuccedere;ſecundo, vt ſuccedant mortuo patre ēt qui acceptauerit relictum,in dubio reſtringitur vocatio ad vulgarem ſucceſſionem nec extenditur ad fideicōmiſſum,quia hoc modo magis dilectus minus grauatur, & euitamus fideicommiſſum, ꝙ eſt odioſum, & non dēt induci,niſi in caſu in quo verba ſunt clara, & aliter interpretari non poſſunt, vt demonſtraui in ſuperiorib. in ver.ſtante verò præſuppoſito,vbi infinitos retuli, qui Caſtrum in d. §. reprehendunt,eſt verum qd ante Caſtrum idipſum videtur voluiſſe Bald.in conſ.305. volu.3. quem ita intellexit Crau.in conſ.22.nu.6.ver.3. ſed verè Bald. ibi hoc non dicit, vt bene examinat. Menoch.conſ.85.nu.95.& 97. Marcobrun. in conſil.61.num.90. ver. ex quibus, vbi reprehendit Crau. in loco prællegato,quem arguit quoque Pet.Ant. Anguiſ. in d.conſil.38.lib.6.ſic etiam
21 male conſuluit† Dec. in d.conſ.236.dum vult, quòd vbi non ſubeſt neceſſitas inſtituendi, ſiue ſint vocati per collectiuam, ſiue per copulatiuam, ſemper concurrunt cum patre, nam contrarium tenuit in eodem facto Rebuff. in conſil.175.num.11.Peregrin. ſequitur dicto artic. 17.num. 36. Simon nu. 46. vnde non eſt diſcedendum ab ijs, quæ ſupra firmata ſunt,cum quibus concordat communis Doctorum opinio.

Et ex prædictis tollūtur ea, quæ dicta ſunt in ver.nec dicatur,qd ordo hic,quia patet Bald. & Caſtr.opinionē cōiter reprobari; ſuſtinentur aūt duobus in caſibus,primo,qñ non adeſt collectiua dictio, vt qñ dictum eſt de filijs, quia tunc filij eodem tempore ſuccedunt cum patre.

Secundo, qñ diſpoſitio continet tractū temporis in futurum,quia tali caſu neceſſe eſt intelligere, ꝙ ſuccedunt ēt per fideicommiſſum ex quo temporis tractus illi conuenit,& Peregrin. d.art. 18.nu.23. admittit hanc eſſe communem opinionē,& Marcobrun.d.conſ.61.num.93. reſpondet ad argumentum Crau.atque illud refellit,vt apud eum videri pōt, & illi qui voluit vocatos ſub nomine collectiuo, venire per fideicommiſſum, mouentur rationibus adductis per Ancha. in conſ.27. qui tenuit vocatis poſteris, vel deſcendentibus,induci fideicōmiſſum inter eos perpetuum, & duraturū mortuo primo ſucceſſore, ſed vbi non eſt facta mentio futuri tēpo
22 ris,non ſuſtinetur deciſio.† Anch.& eum reprehēdit Crau.in conſ.161.nu.11.& 12.& in conſ. 180,Meno. latè d.conſ.85.nu.124.& ſeq.& cōis eſt diſtinctio, q̄ facit Cuman.in d.l.cū itaque,§. in fideicommiſſo, nu.4. ꝙ ſi relinquitur ſimpliciter familiæ, vel poſteris, ſufficit ſemel effectū dari legato,& eo caſu poſteriores,ſeu remotiores intelligūtur vocati per vulgarem, donec vnus aliquis ſuccedit; vno aūt ſemel admiſſo,nemo unq̄ alius ſuccedere pōt. ſi verò uerba extēt importantia temporis tractū,tunc unus poſt alterius admiſſi mortē ſuccedit,& Camer.ſequuntur Dec.Soc.Rui. Alciat. Rube. Soc. Iun. Pariſ. Curt.iun.Crau. & alij,congeſti à Meno.in conſ. 85.nu.67.Cepha.in cōſ 88.nu.33.& alibi, apud Cardin.Mant.qui eiuſdem eſt ſnīæ,lib.8.tit.12. num.11. Simon in conſ. 203.num.24. & in tracta. de vlt. volunt.2. lib.3. interpretat.3.dub.4. ſolut.3.nu.37. in fin. ver. vbi verò commodum fideicommiſſi, folio mihi 342. Pet.Ant. Angui. dicto conſ.38. lib.6. Cephal.in conſ.646.nu.4. vbi allegat Menoch. pluribus in conſilijs. Ki-min.iunior in conſ.50.& latiſſimè in conſilio 371.

num.

nu.148. & multis ſequentibus, vbi dicit cõem, & reprehendit Crau.in d.conſ.22.& latè ēt ponit Petra de fideicom.q.11.nu.161. vbi multos citat hanc partem probarunt ēt Decian.Vegius, Torniel. & Molin.quos citat Peregrin. in tract. de fideicom. art.19.nu.7.& 8.q̄uis ipſe contrarium teneat. quare cũ ex prædictis conſtet communem eſſe opinionem cum Camer. ꝙ vocatis poſteris ſufficiat vnum admitti eoq; admiſſo expiret ſubſtitutio,nõ eſt curandum,ꝙ aliqui contrariam partem tenentes, dixerint inductum eſſe fideicommiſſum,& moriente vno poſt aditionem,vel acceptationem, ſuccedere alium, quia dato vno inconuenienti,multa ſequuntur,& nõ eſt mirũ ſi tenentes illã incidũt in hunc quoque errorem, ꝙ vocati per nomen collectiuũ ſuccedant non ſolum per vulgarem, ſed ēt per fideicõmiſſum,& ſi nos contrarium diceremus vtiq; deſtrueremus illam deciſionem Cum. q̄ tñ Senatus ſecutus eſt in cauſa Nuuolona cum Coſta.

Non ēt reſiſtit qđ agamus de legato annuo , in quo non põt dari vulgaris ſubſtitutio : nam hoc exiſtimo omnino falſum, quia iura non diſtinguẽdo inter legatũ annuum,vel alia legata , dicunt vulgarẽ ſubſtitutionẽ poſſe fieri in legatis,ſicuti in hæreditatib.& fideicommiſſis, ergo nec nos diſtinguere debemus, l. de pretio,ff. de Publ. quinimo tex. in l.vnica, §. ſin aũt aliquid ſub conditione,C.de caduc.tollen.loquitur per verbũ aliquid, qđ eſt vniuerſale, & oẽs includit
23 caſus. † gl.in clem.1.de foro comp. Tiraq. latè in l.ſi vnquam in ver.oĩa, vel partem aliquam, nu.14.C.de reuoc.don.dixi in conſ.103.nu.8.& cum regula habeat ſe, vt ſupra,qui vult dicere, ꝙ non procedat in annuis legatis,tenetur ꝓbare
24 † glo. in rub.de reg.iur.in 6.vbi ꝙ aduerſarius tenetur probare Fallẽtiam,gl. pen.in Clem. vlt. de reſcrip.& dicit Bal.in l.ſi tutor ĩ fi.C.de ſeru. pign.dat. manũ. qđ iudicandum pro eo qui habet regulam,niſi ipſe probet Fallentiam.alios citaui in conſ. 189 nu.9. & erubeſcimus cum ſine lege loquimur,l.illam,C.de collat.& quod lege cautum non reperitur,non eſt ſuperſtitioſis præſumendum inuentionibus, c. conſuluiſti, 2.q.5. Archi.in proœm.6.ſacroſanctè,col. pen. Becius in conſ.35.nu.1.& nõ eſt credendum, qđ caſum tam frequenter iura, vel Doctores omiſiſſent determinare, ſi aliter ſtatuendum duxiſſent , q̄ in alijs deciſum eſt. Præterea,non eſt dubium, ꝙ in legato annuo fieri põt vulgaris expreſſa ſubſtitutio,puta lego centũ Titio ſingulo anno,& ſi Titius non potuerit, vel nõ voluerit legatũ prædictũ acceptare lego illud Sẽpronio : hoc enim caſu non video quid repugnat quo minus ſubſtitutio fieri poſſit, q̄uis legatum ſit annuum,& ſi contrariũ diceremus,reſtringeretur multũ poteſtas, & arbitriũ diſponendi pro libito de rebus ſuis, cum tñ liberum debeat eſſe arbitrium, qđ amplius non redit, ſeruari enim dẽt voluntas te
25 ſtatoris vt lex, † §. diſponat,in auth.de nupt.& ſtat pro rõne voluntas,l. cum quidã, in fi.C. de neceſſ.hær.inſt.latiſſimè Simon lib.5. interpr.1. dub.1.in princ.nu.1.& multis ſeq.fol.478.& ſicuti fideicommiſſaria ſubſtitutio fieri põt in annuis legatis,l.Gaius Seius,ff. de annu.leg. Natta cõſ.306.nu.5.quare nõ ēt vulgaris fieri poterit.

Et non eſſet inconueniens, ꝙ ſingulo anno locus ſit ſubſtitutioni vulgari,ſicuti in prin.cuiuſque anni cedit dies legati,ita qđ ſi ꝓ primo anno acceptet pro eo ſubſtitutus,excludatur,ſi verò in ſecundo repudiet, pro eo admittatur ſubſtitutus , & ſic ſucceſſiuè tamq̄ ſi plura diſtincta eſſent legata facta diuerſis perſonis, diuerſis tẽporibus,& hoc intelligendo qđ in legatario annui legati vnica acceptatio nõ ſufficiat pro omnibus annis ſequentibus,ſed ſingulo anno noua requiratur acceptatio,aut repudiatio.ſi verò volimus, ꝙ ſufficiat legatariũ ſemel acceptare , & ea ecceptatio operetur ne ꝓ annis futuris poſſit
26 repudiare † id qđ ego verius exiſtimo. Natta conſ.306.nu.1. licet ſi ſupueniat inhabilitas excludat eũ à legato:res erit certio:nã ſtatim facta acceptatiõne,ſubſtitutus vulgaris erit ꝓ omnib. annis excluſus,ſicuti dicimus in legato momẽtaneo,atq;ita nõ minus eſt locus vulgari ſubſtitutioni in legato, q̄ in alijs,nec rõ aliqua extat, q̄ impediat eã ſubſtitutionẽ fieri , ſicuti nõ impediret , ſi diuerſarũ rerũ diuerſis ꝑſonis in tẽpus diuerſum fierẽt diuerſa legata, cũ ſubſtitutione vulgari,ideſt lego Titio domũ præſtandã primo anno; Sempronio lego fundũ ſecũdo anno, Mæuio lego culcitrã tertio anno, etſi ex eis aliquis non uoluerit, vel non potuerit conſequi legatũ ſubſtituo Gaiũ,quo caſu nemo dubitabit q̄n ſuſtineat ſubſtitutio; vnde aut ſingulo anno poterit legatarius repudiare,aut non:ſi põt,ſubſtitutus ſingulo anno ſequuta repudiatione admittetur ꝓ eo anno tm̃,ſi n. nõ põt,facta ſemel repudiatione admittetur ꝓ ſequẽtib. annis, & ecõtra;ſi põt,facta ſemel acceptatione,excludetur ſubſtitutus ꝓ eo anno tm̃,ſi non põt,excludetur in ꝑpetuũ ſubſtitutus ſtatim cũ ꝓ vno anno legatũ fuit acceptatũ,quemadmodũ ſi plura eſſent legata facta pluribus perſonis in diuerſa tempora.

Nec verum eſt quod hoc modo legatũ morte primi legatarij finiturum , extenderetur , & poſt ipſius legatarij mortem duraret,contra naturam annui legati, quod extinguitur morte legatarij.

gatarij. Reſpondeo.n.qđ non repugnat naturę
legati annui, aut.n. volumus, ꝙ ſubſtitutus vul-
garis ſuccedat ſolum pro tẽpore, quo ſuccede-
ret primus legatarius, & ita ꝙ ſubſtitutus tanto
tẽpore gaudeat legato annuo quanto gauderet
legatarius ſi fuiſſe, habilis, & legatũ acceptaſſet,
& non vltra, & tunc nulla eſt extẽſio, & nihil eſt
qđ repugnet naturæ annui legati, quia tali mo-
do extinguetur cum vita primi legatarij; aut vo
lumus, ꝙ apud ſubſtitutũ duret legatum durar-
te ipſius ſubſtituti vita, & tunc nihil ẽt erit con-
trarium ſubſtantiæ legati annui, quia cũ per vul
garem ſubſtitutionem ſubſtitutus in locũ primi
ſubrogetur, & perinde ſit ac ſi primus nõ fuiſſet
nominatus, ſed legatũ cenſeatur à principio fa-
ctum huic ſubſtituto, non erit mirum ſi durabit
cũ vita ſecũdi: nã ſubrogatus, q eſt diuersè qua-
litatis non aſſumit naturam eius cui ſubrogatur
27 reſpectu illius qualitatis, † l. cum in fundo, §. ſi
fundus, ff. de iu. dot. Bart. in l. 1. §. hæc actio, ver.
2. caſu principali, ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. latè
Natta in conſ. 638. nu. 42. & ſeq. vbi multa po-
nit exempla, & in ſubſtituto vulgari, qđ nõ aſſu-
mat naturã eius, cui fuit ſubſtitutus, ſed inſpicia
tur ipſius ſubſtituti qualitas, probat textus in l.
1. §. ſi quis aũt, ff. de ſucceſſo. edic. vbi ſubſtituto
vulgari non datur annus, qui dari ſolet filio cui
28 ille fuit ſubſtitutus, & † per illũ textũ hoc deter
minat Bal. in l. certã, nu. 22. in fi. ver. itẽ dubita-
tur, C. vnde l. & eius deciſionẽ dicit notabilem
Alex. in conſ. 106. nu. 17. in princ. vol. 3. Becius,
conſ. 101. nu. 59 cũ igitur ſubſtitutus capit legã
tũ annuũ, illud obtinebit donec viuet ipſe, licet
interim moriatur is cui fuit ſubſtitutus, quia in
ſubſtituto diuerſa eſt qualitas, & alia eſt ſubſtitu
ti, alia inſtituti vita, & per hanc rõnem infertur,
ꝙ poſtq̃ ſubſtitutus ſuccedit, nõ attenditur am-
pli⁹ vita, aut qualitas iſtituti, ſeu primi legatarij.

Reſpondeo ẽt, ꝙ etſi legatum annuum extin-
guatur morte legatarij, tñ hoc non eſt verũ qñ
aliter cõſtat voluiſſe teſtatorem, põt enim ad hę
redes tranſire, puta qñ dicitur, in perpetuũ, vel
29 qñ relinquitur ẽt filijs, & deſcendentibus, † vt
probat Natta in conſ. 306. nu. 5. vbi loquitur in
ſubſtitutis datis pro legato annuo. Alba conſil.
477. per totũ. & eſt textus in l. in annalibus. C. de
leg. vbi non ſolũ de primis, ſed ẽt de vlteriori-
bus hæredib. intelligitur, & dicit Iaſ. ibi in prin
cipio, ꝙ legatum annuũ ſui natura eſt tranſmiſ-
ſibile, ſed quia eſt pro ſequentib. annis conditio
nale impeditur tranſmiſſio. Crot. in l. 2. in princ.
num. 2. vbi Parpal. nu. 8. ff. ſol. matr. & ibi Ripa
num. 3. & 4. dixi in conſ. 123. nu. 2. & 3. & quòd
poſſit tranſire ad hæredes, tex. in l. ſancimus, §.
fin. C. de donat. vnde cum datus ſit ſubſtitutus,
nõ voluit teſtatur, ꝙ legatũ annuũ finiatur mor
te primi legatarij, ſed voluit, qđ durat vita ſub-
ſtituti durãte quare non põt dici qđ datio vul-
garis ſubſtituti deſtruat naturã annui legati, ꝙ
ſicuti dari põt vt tranſeat in hæredẽ legatarij,
ita dari põt, vt tranſeat ad alium ſubſtitutũ vul
garẽ, vel fideicõmiſſarium, & hoc ſupponit in
ſuo caſu pro indubitato, Natta, d. cõſ. 306. n. 5.
& cum teſtator dat ſubſtitutum vulgarẽ, videt
in conſequentiã velle, ꝙ legatum non finiatur
morte primi legatarij, quia qui vult cõſequens,
30 cenſetur velle oẽ antecedens neceſſariũ, † l. ad
rem mobilẽ, & l. ad legatum, ff. de procur. Ca-
roc. in c. cum quid, in 2. par. in princ. & vulgaris
locum habet non minus, qñ legatarius excludi-
tur morte, q̃ vbi repudiatione, vel aliter nõ ſuc
cedit, & non refert qua de cã non ſuccedat, dũ-
modo non ſuccedat, quia vulgaris oẽm caſum
31 includit impotentiæ, † vt ponunt Doct. in rub.
& l. 1. ff. de vulga. & pup. & Alba. qui in contra-
rium allegatur, & in conſ. 467. facit pro hac par
te, quia vult, ꝙ deſcendentes vocati ad legatũ
annuum relictum Catherinæ, poſt mortẽ Catho
rinæ ſuccedunt, atq; ita non finiatur legatum
morte Catherinæ, ſed tranſeat ad deſcendẽtes,
vnde ſi debetur deſcendẽtibus poſt Catherinæ
mortem, iã non extinguitur morte Catherinæ,
in hoc aũt erat, quatenus vult, qđ legatum præ-
dictum capiant deſcendentes per fideicommiſ-
ſum poſt mortem Catherinæ tantum, ex Decij
conſ. 236. ꝙ eſt falſum, quia ſupra demonſtratũ
eſt, deſcendẽtes vocati ſolum per vulgarem, &
Decium fuiſſe graui errore lapſum, & ideo no-
minatim à multis reprobatum fuiſſe. ignoſcen-
dum eſt tñ Albæ, qui non principaliter quære-
bat ad deſcendẽtes ſuccederent ſolum per vul-
garem, vel per fideicommiſſariã, ſed an ipſis ob
ſtaret quod mater ſuperuixerat, Io. Petro, poſt
cuius mortem factum erat legatum, & fortè ad-
uerſarij concedebant legatum deberi per fidei
commiſſum, ſed tutius egiſſet Alba, ſi vulgarẽ
ſubſtitutionem ponderaſſet, ea enim ipſum ex-
tra illas anguſtias in victoriæ portum deduxiſ-
ſet, quia data uulgari, licet mater moriendo pẽ
dente conditione fuiſſet excluſa, deſcendẽtes ſi
ne dubio admitterentur ob purificatã uulgaris
cõditionem, ex quo ſcilicet Catherina per mor
tem non potuit ſuccedere, unde Alba nõ aduer
tens ad ea, quæ poterant ſuã cauſam iuuare, di-
uertit ad extranea, nõ conuenientia, quæ cauſæ
apud peritos Iuriſcõſultos nõ erant profuturæ.

FINIS.

1606. Die 27. Ianuarij. Imprimatur. Frater Aloyſius Bariola Auguſtinianus Conſultor Sancti Offitij, pro Reuerendiſs. Inquiſitore.

Aloyſius Boſſius Can. ord. Theol. pro Illuſtriſs. Card. Archiepiſc.

Saccus pro Eccellentiſs. Senatu.

MEDIOLANI,

Apud Hieronymum Bordonum, &

Petrum Martirem Locarnum Socios.



